

4A
6
9
8

~~2-2~~

IN SACROSANCTVM Iesu Christi Euangelium secun- DVM MATTHAEVM ENARRATIONES.

Per PAVLVM DE PALACIO Granatensem, Augustissi-
mi Cardinalis, & Serenissimi Principis HENRICI Concionatorem: &
S. Scripturæ in inclyta Lusitanorum Conimbricensi Academia professorem.

OMNIA ECCLESIAE IVDICIO SVBMISSA SVNTO.



*Mox melius
Philip.*

CONIMBRICÆ.

Ex officina Ioannis Barrerij Typographi Regij.

M. D. LXIII.

CVM Priuilegio Regis: & facultate Inquisitoris & Ordinarij.

SERENISSIMO PRINCIPI, ET
Cardinali Augustissimo, HENRICO, Maximi
Regis Emmanuelis filio. & cæt.

PAVLVS DE PALACIO.

S. D.



ONSECRAVERAM OLIM CELSITV-
dini tuæ, Pontifex & Princeps Augustissime, primum inge-
nij mei specimen: id est Scholia, quæ mihi in Caietani
Summam edere, & in lucem proferre mandasti. Opus qui-
dem illud exiguum: sed profectò nec ingratum, nec inutile.
En nunc iterum prodeò, longius multò difficiliusq; opus, Cõmentaria scilicet
in D. Matthæum. C. tuæ consecraturus. In quibus, omnia ferè, quæ sum-
mis ingenijs, exquisitaq; doctrina Theologi in D. Matthæum scripserunt colle-
gi. Quibus ea, quæ mihi multum, diuq; cogitanti, noua occurrerunt, adie-
ci: atq; ita opus composui, non spernendæ vt spero utilitatis. Id verò. C. tuæ
multis nominibus erat dedicandum. Primum, quòd omnia mea, imò & me
ipsum, me tibi debere, nemo est, qui possit ignorare, si me cognouerit. Dein-
de, cui debetur Euangelij enarratio: nisi illi cui est in vniuerso hoc regno, Euan-
gelij cura commissa? id est: Cui fidei explicatio debetur, nisi summo Fidei
Censori? Imò verò cui potius erant nuncupandi Commentarij in Euangeliũ:
quàm. C. tuæ, in quo adeò Euangelica vita resplendet? Docet Matthæus
Christianas virtutes: at quis est inter nostri æui Pontifices, qui eas tam præ-
clare & opere præstet, & exemplo commonstret? Vt videri Deus possit, ti-
bi vni, omnia Principis, simul & Pontificis insignia & ornamenta im-
pertiri voluisse. De quibus inuitus taceo: Malo enim, inter eos qui
modo viuunt, tuarum maximarum, clarissimarumq; virtutum
parcissimus laudator, quàm inter posteros blandus assentator
videri. Suscipiat ergo C. tua, opus hoc nostrum, ea ani-
mi serenitate & benignitate, qua quæ pia sunt, susci-
pere solet: & me ex clientibus tuis mi-
nimum, vt solet, fouere ne
desinat.

Conimbricæ nonis Iunij. M. D. LXIIII.

ARGV

ARGVMENTVM AD LECTOREM,

in quo operis ratio monstratur.



DVM SALMANTICÆ PHILOSOPHIAM PROFITERER, erat mihi semper in ore Plato, Aristoteles, Galenus, cæteriꝫ Philosophi. Ea enim ratione, discipulorum & frequentiam, & gratiam demereri me posse credebam. Tetigit interim animum religio quædam. Quid? Semper Aristotelem velut crambem repetam? nunquam ne me ad studia priora reuocabo? Placuit hæc cogitanti, omnem studiorum meorum alacritatem D. Mathæo consecrare. Excutio diuites illas Salmanticenses bibliothecas. Congrego plusquàm viginti Authores: vnde sanam intelligentiam, & puram D. Mathæi lucem haurirem. Incipio legere, & quæ videbantur selectiora, chartis commendare. Proce- dit opus, primùm quidem rude, & impositum. Placuit postea meliore ordine ceptum opus absol- uere. Vt. s. quoduis Euangelij caput, in certas partes distribuere, & sigillatim: primùm, quæ San- cti præclarius scripsissent: demum quæ ego magno labore iauenissem, afferrem. Placuit verò Au- ctorum dicta in vnum Tomum: nostra in alterum congerere. Datus nunc nostra: daturus postea quæ Sancti scripserunt. Habet lector institutum nostrum,

QUAM verò labor hic utilis sit futurus, fidus testis tempus erit. Sed si diuinare licet, multæ sunt rationes, quæ benè sperare iubeant: pauçæ, quæ animum despondere cogant. Primùm enim (vt cæteros taceam) de his sermo fit, qui concionando populū docent: quis tam cæcus est, qui non videat, à quantis laboribus labor iste noster eos liberet? In singulis enim concionibus: multi sunt illis euoluendi libri: vt vnam aut alteram rem insignem inueniant, quibus veluti gemmis concio- nem illustrent. At in hoc opere, omnia parata reperient: omnia sunt ad manum: diues mensa ex- posita est. Deuorauimus nos hoc legendi tedium, nec dubito, quin lectissima quæq;, ex his quæ ab alijs scripta sunt, in hos Commentarios ego transfulerim. Est igitur liber hic plurium librorum loco: si non omnibus studiosis: certè pauperibus iter factoris: & occupatis: quibus aut non va- cat, aut non licet plures libros, vel habere, vel legere.

IAM verò, quæ nos ex diutissima & intentissima meditatione aliorū scriptorum dictis adieci- mus, non minimo cōmodo concionatoribus futura speramus. Tot enim viri & doctissimi & gra- uissimi hæc nostra viderunt, examinarunt, & probarunt: vt vix credam nō omnibus placitura, quæ illorum tam grauibus iudicijs, tantopere placuerunt. Imò verò (liceat enim audacter vera loqui) tot viri, & sanctitate, & eruditione clarissimi, quotidiano velut conuitio, huius à me libri editionem efflagitauerunt, aut extorserunt potius: vt stultus videri non possim, si opus hoc mul- tis, cōmodo & voluptati futurum sperem. Præsertim cum summum à me studium adhibitum sit: vt nostra hæc, omnino consentirent cum sanctissima nostra Religione, quæ sancta Ecclesia Roma- na & seruat, & docet. Plus enim quàm duodecim viri acerimo iudicio, & singulari eruditione præstantes, opus nostrum lustrarunt, perlustrarunt: iterum atque iterum accuratè legerunt: & Christo gratia, vno eodemque consensu illud approbarunt. Sicubi verò lapsus sum, (quæ huma- na iuscitia est) errati veniam suppliciter precor. Et me, ac mea Romanæ Ecclesiæ, & doctis iudicijs libentissimè submitto.

Deum igitur Opti. Max. precor: vt sicut opus hoc maximo labore, incredibili diligentia, summa animi intentione absolutum est: ita & Christi gloriæ seruiat, & magnam lectoribus vtili- tatem afferat. Amen.

¶ Cautum est priuilegio Regis nostri, ne quisquam opus hoc ad deceniū, sine Authoris facultate, imprimat aut vendat.

¶ Concessa item facultas est ab Inquisitore, & Ordinario, vt hoc opus excuderetur.

* ij

INDEX

INDEX RERVM ET NOMINVM

INSIGNIORVM HVIVS OPERIS.

*Ubi. a. priorem paginae colūnam,
b. posteriorem significat.*



B NEGARE SE, quid sit. Fo. 239 & abnegationis gra- dus. Eodem. b.	Anima Dei sponsa, ei parit. 252. b
Abrahā significat quie- tem, quam per pugnā accipies. Fo. 8. a.	Anima duplici vita viuit. 290. a.
Acetum quid signifi- cet. 374. b.	Animam plures viros habere, miserum. eo. b.
Accusatio, quando licita. 361. b.	Anima in sanguine est. 347. b.
Actus interior & exterior eiusdē bonitatis. 229. a	Appetitus, vide caro.
Acus foramen est porta cœli. 257. b.	Apostoli, eandem habent autoritatē cū Christo suo modo. 174. b. & eorum dignitas, eodem.
Adam creatus sapiens bonus, & c. Fo. 1. a	Apostoli cur viles electi. 61. b. 62. a. 175. a.
Adam ad imaginem Dei creatus, quid ē eod.	De Apostolis multa. 82. b. 83. a.
Adam quidam Deus terrę. eodem.	Apostoli, lux mundi. 84. b. 174. a. Ciuitas. 85. b.
Adam peccando, in quę mala incurrit. eodem.	fermentum mundi. 215. a.
In Adam omnes mortui sumus. fo. 2. b.	Apostoli imperant dēmonibus. 174. b.
Adam sapiens imponit nomina rebus. 15. b.	Apostoli cur duodecim. 175. a. & cur bini. eodē.
Adam si non peccasset, Hęcua nō lēssisset. fo. 12. a.	Apostoli locus dilucidatur. 254. b.
Adam corijs vestitus quid designet fo. 33. b.	Aqua benedicta. fo. 3. a. Arena, quid. 141. b.
Adolescentium Christianorum exemplū. 256. b.	Arundo vento agitata. 190. a.
Aduentus Christi orbem mouet. 268. a.	Ascensionis Christi historia. 272. a.
Adulterium dānatur, de quo multa. fo. 96. a.	Alinus, & asinaria mola. 248. b.
Ager Aeldema mysterium. 367. a.	Asina & asello vsus Dominus. 264. a. b.
Alabastrum Ecclesię, quod est. 339. b.	Auaritię condēnatio. 121. a. b. & sequentib. 123. b. & 302. a. 24. a.
Ambulare in tenebris & vmbra m. 59. b.	Aurem Malchi Petrum abscindere quid. 357. a.
Ambitio Deitatis, vide Deitatem ambiunt om- nia. fo. 247. Amen, quid. 118. b.	Aurum, thus & mirra. 24. a. b.
Amicitia maximē necessaria. 183. a.	Autumno suo hominem non fructificare. 278. b.
Amor noster, filius noster. 28. a. & etiā est vir noster. 290. a. b. A nor est granū in spica. 198. a.	Auxilium super naturale. 275. a. 276. a. 153. a.
Amor est onus, & iugum Christi. 196. a.	B aptismi dispositio qualis. fo. 2. b. 285. a.
Amorem vnum perfecti habent. 28. a. vide di- lectio. Caritas. Anethum, quid. 303. a.	Baptismus Hebręis frequens. 34. a. 36. b.
Angeli quieuerunt in vmbra Apostolorū 214. b.	Baptismus in spiritu & igne. 40. b.
Angelorum conditiones. 213. b.	Baptismus Christi, op ^o max. hūilitatis. 42. a.
Angeli quomodo Christo ministrarunt. 57. a. b.	Baptizatus, si moriatur euolat in cœlum. 44. a. b. & ibi de baptismo multa.
Angelica custodia. 54. b. 57. b.	Baptismi Christi meritum. 45. b.
Angeli offenduntur, si Deus offenditur. fo. 1. b.	Baptizato Christo cœli aperiantur. eodem.
Angeli ex S. Maria dependent. 215. a.	Baptismus dat vestem nuptialem. 28. a.
Angeli carū ruinarū repatio. 215. a. 222. b. & 321. b.	De baptismo multa. 402. a.
Angeli Iudicij ministri. 218. a.	Barrabbas, quid. Et cur liberatus sit. 369. a.
Angelorū dignitas, ex loco, natura, gloria. 247. a.	Beatitudo est infiniti valoris. 249. a.
Angelorum & diaboli contentio. 289. a.	Beati in cœlo volunt solū, quod Deus vult. 36. a.
Angeli cur diem iudicij ignorent. 313. a.	Beatitudinem omnes cupiunt. 66. b. & 208. a. & 300. b. & 195. b. (66. b.
Antichristus est abominatio desol. 312. a. & eius potentia. 311. a.	De Beatitudine varię Philosophorū opiniões. Beati possumus esse nouem modis. 67. a.
Anima, quę est ingrata, ornatur vt sponsus: vt ortus: vt paradus. fo. 2. b.	Beatitudinū ordo, est vitę Christianę pgressus. 69. a. Beatitudines in rebus difficilibus sitę. eo.
Anima concipit Christum. 14. a. Et quomodo in ea Christus nascitur. 20. a.	Beatus in re falsa esse nemo potest. eodem. b.
Anima quid offerat Deo. 24. a.	Beatitudo cœli, qualis. 78. b. & 232. a. & 241. b.
	Beatorum animę, & corpora qualia. 97. b.
	Beatitudo, in quo consistat. 195. b. 157. a.
	Beatorum conditiones. 215. b. 214. a.
	Beati in Christum intenti. 242. a.
	Beati, nisi vetarentur, ad nos venirēt, vt nos ad- monerent. eodem. Beatum

I N D E X.

Beatum esse maius est, quàm angelū esse. 249.b	Charitas Dei in amicos & inimicos. 104.b
Beatitudo est denarius. 259.a	Charitas declarat Deum perfectum. 108.b
Beatitudo non differtur ad Iudicium. 260.a	Charitas Christiana, qualis. 395.a
Beati in cœlo, num errare possint, eodem.	Charitas prædicatorum. 397.a
Beatorum possessio Deus. eodem.b	Charitas est quidam Deus. 292.b
Beatitudo corporum, mirum opus. 291.b	Charitas Christi erga uos. 398.a
Beatitudo corporum. 313.b	Charitas est oleum, in quo fides ardet. 335.b
Beatitudo homini prius quàm angelo parata. 332.b	Charitas nō iustificat, nisi operas, si oportet. 334.a
Beatitudo quanta sit, eodem.	Charitas, vitę Christianę facies est. 110.a
Beatitudo vili venditur. 333.a	Charitas peccata dissimulat. 330.a
Bellum, malorum origo. 310.b	Charitas, vitę Christianę bitamē. 141.a
Bellum aliquando bonum, sepe ex malis. 285.b	Charitas est vermiculus & coccus. 143.a
Benedictus q. v. in no. Do. explicatur. 267.b	Charitas est meritorum pondus. 188.a
Benedicti Patris, quid sit. 331.b	Charitas etiam non rogata, largitur. 231.a
Beniamin significat pios. 97.a	Charitas aliquando ficta, vs fides. 247.b
Bethania, quid. 339.a	Charitatis venenum, cupiditas. 262.b
Bethsaida, quid. 193.b	Charitas, est melleus ficus fructus. 273.a
Biduum, quid significet. 336.b	Charitas est racemus vuarum. 277.a
Binarius, quid. 211.b. 211.a. vid. Duo.	Charitas est turris, eodem.
Bonę res sunt, quia Deo placent. 195.a	Charitatis laudes. 292.b. vid. dilectio.
C alceamenta Christi Ioānes nō portat. 39.b	In Christo omnes fideles fuerūt crucifixi, mor-
de calceamentis his multa, eodem.	tui, sepulti. 2.b. 317.b
Calicis Christi, & mundi differentia. 262.b	Christus ex se, iā emūdauit nostra delicta, eodē.
& de Calice Christi multa. 347.a. b. 348.a. b	Christus summē pauper, & dolēs. 15.b
Canis conditiones, pijs conuenientes. 232.a	Christus primogenitus Patris, Matris, ōnis crea-
Capharnaum, quid. 333.b	turę, mortis. 16.a
Carceri tradere, priuato non licet. 253.b	Christus debet nos alere, eodem.
Caro tectum est animę. 148.a	Christus cur in Bethlehem natus. 16.b
Carni nunquam fidendum. 50.a	Christū in præsepio iumenta facta comedāt, eo.
Carnis quomodo habenda cura, eodem.b	Christus in præsepio, & cruce trahit omnia, eodē.
Caro seu appetitus, est natura ferus. 147.a	Christus totius iustitię exemplum. 3.a
Caro paralitica, & quando malē torquetur eodē.	Christus præceptor noster, eodem.
Caro homini pretiosior, quàm ipse sibi, eodem.	Christus in cœlo interpellat pro nobis, eodem.
Caro in delicijs, malum. 160.b	Christus in cruce clamauit chaldaicē. 4.b
Caro arbor est boni, & mali. 316.a	Christus cur de Spiritu sancto. 13.a
Caro in delicijs, morti vicina. 147.b	Christi humanitas, meritorie, & quasi & effectiue
Castitas commendatur. 319.a	præstat gratiam. 13.b
Castitatem, qui profitebuntur, 254.b. 255.a	Christus est mundus nouus, eodem.
Cęci qui sint. 171.b. & 244.b	Christi causa omnia sunt condita. 5.a
Cęci quadruplices, de his multa. 263.a. b	Christo omnia subiecta: in quo omnia condita
Cœlum, vocatur terra. 71.b	& instaurata, eodem.
Cœlum habet maiores & minores. 89.b	Christus est miraculum summum. 5.b
In Cœlo nihil non est maximum, eodem.	Christus continuē generatur. 5.a. 6.b
Cœli multi. 114.b	Christus ex vtero Patris, in vterum legis: inde
Cœli laudes. 240.b	in vterum virginis: inde in vterum Ecclesię.
Cœli porta, foramen est acus. 257.b	inde in vterum eternitatis. 6.a
Cœlum in die Iudicij ciuibus vacuabitur. 330.b	Christi nomen, de quo multa. 7.a. & 11.a. b
Cęnauerit ne Dñs. 14. luna, fusē explicatur. 341.	Christus cur iactatur filius David. 8.a
Centuplum accipere, quid. 258.b	Christus sacerdos nouę legis. 7.a
Ceremonię quomodo tractandę. 24.b	Christus cur Marię & Ioseph subditus. 10.b
Ceremonię seruandę. 42.a	Christus cur de virgine, Moses de aqua, Adam
Ceremonię sunt tectum Ecclesię. 162.b	de terra, eodem & 11.a
Ceremonię asseruntur. 199.a	Christus cur virginē nō vocauit matrē. 11.a & 209
Cęsar, quid significet. 246.a	Christus vnctus ad pugnandum pro nobis. 11.b
Cęsarum iura, quę. 287.a	Christus de sponsata nasci voluit. 12.a
Cęsares quid plebi debeant, eodem.b	Christus nascitur rex, moritur rex. 18.b
Charitas vide gratia.	Christus minimus, & non minimus. 20.b
Charitas Dei in Christi incarnatione. 21.b. 3	Christus panis: ergo laboribus terendus, eodem.
Charitatem habeamus erga Deum. 293. 294	Christus natus est solum Patri, quia non habet
Charitas in proximum. 294	realem relationem ad matrem. 21.a

INDEX.

Christus in splendoribus sanctorum natus. 22 a	Christi lingua, & humanitas erant instrumenta Deitatis. 142 b. 148 b. 158 b
Christus hodie gignitur. eodem.	Christus cur predicabat cum potestate. 142 b.
Christus descendens in Ægyptum quid? 25 b	Christus passer. 143 a
Christus pastor, miles, laboribus duratur. 26 b	Christum descendere de monte quid, eodem. (144 b)
Christus exul, exulum solamen, eodem.	Christus multum facit, cum peccatori dicit, volo.
Christus lux, tolle obicem, insinuat se. 29 b	Christi manus in se sana, pro nobis leprosa. 145 a
Christus. fo. 83 b. 26 b.	Christum dicere; dicere verbo; tantum dicere verbo, quid. 148 b
Christus, vt Samson peccata destruxit. 29 b	Christus est sol, habes vesperam suam. 151 b
Christus nazareus, id est, custos, germen. 30 a	Christus quomodo suscepit languores corpora- les contra Porphyrium. 152 b
Christus vita, eodem. a	Christus non habet, vbi caput reclinet, de quo multa. 153. 154.
Christus nostri amator. 31 a	Christum pauci sequuntur, multi audiunt. 155 b
Christus grandem habet stomachum. 32 a	Christum dormire in cervicali. 156 a
Christi omnia gesta, erant prophetata. 33 a	Christus impugnatus ab omnibus, eodem.
Christus non vili veste indutus, quid. 33 b	Christus se obligauit, vt rogatus accurrat. 156 b
Christus contrectauit viperas, sciens se inde mo- riturum. 5 a. & leprosos, inde leprosus. 65 a	Christus non intrat in nos, sine nostra iactura. 159 a
Christus cur venturus. 38 b	Christi latus perforatum, vt oes intremus. 162 a
Christus cur fortis dictus. 39 a	Christus portat nos, eodem. b
Christus scit omnia opera nostra: & omnibus gloria, penaq; iuste taxat. 41 b	Christus quanto nos sudore sanauit, eodem.
Christi in baptismo meritum. 42 a	Christo fuit difficile dicere, remittuntur tibi peccata tua. 163 a (det. 164 a
Christus lege illustratur. 42 b	Christus inter publicanos & peccatores gau- diat. 167 b
Christus, cur in eo placet Patri. 45 a	Christum transire est mysterium. 171 a
Christus cur in deserto. 47 a	Christus cur Davidis filius, eodem. b
Christo, que acciderunt, omnia summa. 48 a	Christus circuit nos, quid, eodem.
Christus cur tentatus, eodem.	Christus vnus & verus pastor. 173 b
Christi caro leges nature superas. 49 b (52 a	Christus cum Iuda patientissimus. 176 a
Christus viuere vita naturali, gratie, glorie, verbi. Christus quomodo tentat nos. 55 a	Christus paupertatis amator. 178 a
Christus cur predicauit in terra perditis. eod. b	Christus non deserit, nisi deseratur. 179 a
Christi & Baptiste discrimina. 61 b	Christus cur magister. 183 b
Christus nubecula de mari, eodem.	Christus ferendo vicit. 184 b
Christus peccatores circuit. 63 b	Christus quid fecerit ante Ascensionem. 185 a
Christus quos corpore sanabat, etiam & anima. 64 a	Christus probat se esse Messiam. 188 b
Christus gaudet sibi peccatores afferri. 65 a	Christus omnium expectatio, & desiderium. 189 b
Christum cur multi sequebantur, eodem.	Christus minor in regno celorum. 191 a
Christi tempore, multi erant languores, eodem.	Christus cur vixit vita laxiore. 193 a
Christus, grauis: compositus. 67 a	Christus amat despectos, eodem. b
Christi vita perfectissima, eodem.	Christus solus Pater verè & aptè reuelat. 195 b
Christus cunctos docere paratus. 68 a	Christo tradita sunt omnia bona, eodem.
Christus non soluit, sed implet legem. 87 b	Christi laudes. 196 a
Christus quomodo legem impleuit. 88 b	Christus se Deum fatetur, eod. & 199 b
Christi quanta in legem reuerentia. 89 a	Christus est iugum, & onus. 196 a
Christum Christus, sacerdotes, & laici offerunt. 94 b	Christus iugum portat nobiscum, eodem. b
Christus obligauit se, ad ferendum fauorem legi sua seruare volenti. 98 a. 103 a	Christus verè humilis, eodem, & 202 a
Christus Patris maiestatem orbi declarauit. 100 b	Christus precipuus David. 97 a
Christus cur suam incarnationem distulit. 105 b	Christus violat sabbatum, eodem. b
Christus meruit, vt Deus pater esset noster. 113 b	Christus intrat in puteum, vt nos extrahat. 200 a
Christus anime esca. corpori vestis. 125 a	Christus colligit suos in vnum. 204 a
Christus petiuit nos, qua siuit, pulsauit. 133 a	Christus arbor est. 205 a
Christus innocentie reparator. 134 b	Christus, quomodo fuit in inferno tribus diebus, & tribus noctibus. 207 a
Christus granum frumenti, & panis, eodem.	Christus solus verè seminator, 209 b
Christus per 33. annos, nos multo labore quiescit. 135 b	Christus se in nobis seminat. 210 a
Christus porta est per quam ingredimur, via per quam egredimur, ciuitas in qua quiescimus. 136 a	Christus omnia nobis comunicat. 211 a
Christi humanitas domus est a sapiente edificata, contra quam nullae vires valent. 140 b	Christus cur clamat, eodem. b
Christus fundamentum edificij. 141 a	Christus vt Deus, & vt homo fons bonorum. 212 b
Christus predicabat eximie, multis causis. 142 a	Christus

INDEX.

Christus ad est, cum minus est remedij.	220 b	ditionis, & responsionis.	339. a
Christus cur agit gratias.	222. a. 223. b	Christi humanitas est domus Simonis lepsi, eo b	
Christus compellit pios,	eodem.	Christus quomodo cognoscitur verus Deus. 342. a. b	
Christus cur solus,	eodem.	Christi autoritas apud discipulos quanta. 344. b	
Christus meruit ne Ecclesia pereat,	eodem.	Christus vadit, & salit. 344. b	
Christus primus super aquas ambulans.	224. b	Christus est corpus, igitur ex eo edat aquile. 346. a	
Christum si intrat in anima, omnia interiora adorant.	225. b	Christus est corpus figurarum, igitur edat Christiani.	eodem.
Christus in caelo, amictus niveo splendore. 241. b		Christus est corpus: ergo iungatur ei sua membra, eo.	
Christi facies est diuinitas, vestes, opera sunt, eo.		Christus est hostia, igitur edat ex eo sacerdotes, eo.	
Christus mundo nihil debet.	246. a	Christus corporum & animarum beatitudo, eodem.	Vbi de Christo multa.
Christus didrachma,	eodem. a	Christus consecrauit iisdem verbis, quibus nos. 347. a	
Christi vitis, fideles palmites.	258. b	Christus sanguinem suum iussit bibere, septem pulcherrimis causis. 347. a. b. 348. a. b.	
Christus procurator vinee.	260. a	Christo intrati & executi de mundo hymnus cur canitur. 351. a	(352. a
Christus quomodo filius hominis.	261. a	Christo percusso non possunt esse integra membra.	
Christum tradi quid,	eodem. b	Christus est gallus noctu canens. 353. a	
Christum stare quid.	263. a. b. 264. a	Christus cur orauit in Gethsemani, eodem. b	
Christo super asino sedente, gaudeat orbis. 265. a. b		Christus accepit dolorem pro omnibus, quem omnes debebamus. 354. a	
Christum nobis venisse quantum sit.	266. a	Christus in dolore nos peperit. 355. a	
Christus cur salutem nostram cupiat.	272. b	Christi coram Patre reuerentia & oratio, eodem. b	
Christus quare dicatur caput,	280. b	Christus quid rogabat, quando calicem renuebat, eo.	
Christus secundum corpus, tauri, & secundum animam volatilia.	281. b	Christus non proditur nisi a Iuda. 356. b	
Christus cur tauri & volatilia occisa.	282. a	Christus quam est animo generoso. 358. a	
Christus in cruce est peccatoris imago.	289. a	Christus cur speciatim dicit se non esse furem, eodem. b	
Christus noluit vlcisci contra eos, qui eum cruci affixerunt.	307. a	Christus aperte se naturale Dei filium fatetur. 362. a	
Christus pulchre confertur galline, eodem. a. b		Christus nec apicem legis violat, cur, eodem. b	
Christus suam decitatem demonstrat.	311. a	Christo, quantum debeamus ob suam confessionem. 363. a	
Christus in dolore parit filios.	312. b	Christus a Iudeis conculcatur, affligitur, eodem.	
Christus veniet sicut fulgur.	313. a	Christus cur conspuitur, eodem. b	
Christi humanitas est beatitudo corporum sanctorum,	eodem. b	Christus in nocte passionis solus quid faciebat. 364. b	
Christus ut Deus, & ut Iudex scit diem Iudicij, & quomodo nesciat.	316. 317.	Christus bis fatetur se filium Dei. 365. b	
Christus cur dicatur fur.	318. a	Christus a toto mundo reiectus, 366. a	
Christus propter nos cerua, venationi exposita.	230. a	Christus ut homo, rex temporalis, 368. a	
Christus intrans in penam, meruit ut egredieremur a culpa,	eodem.	Christus quomodo flagellatus. 370. b	
Christus amore nostri ebrius irridetur. ut Noe, eo.		Christus conculcatur a militibus. 371. a	
Christus clamat cum tacemus, tacet cum clamamus.	231. a	Christus illusus regia pompa, quid sit, eodem.	
Christus propter Iudeos venit.	231. b	Christus, cur a Pilato vocatus homo. 372. a	
Christo proprium ascendere. 232. b. & sedere, eodem.		Christus extra ciuitatem crucifigitur. 373. b	
Christus expectat ad veniam,	eodem.	Christus cur in Caluaria. 374. a	
Christum omnia habent in pretio.	236. a	Christus cur vinum renuat, eodem. b	
Christum pati, cur necesse.	238. b	Christi crucifixi figure & testimonia. 375.	
Christus cur tanta passus,	eodem.	Christus vbiq; medius. 378. b	
Christus cur introiuit in caelum.	240. b	Christus vermiculus ligni, eodem.	
Christi facies in caelo solem obscurat.	241. a	Christo moriente omnia doluerunt. 381. b	
Christi summus in Iudicio honor.	320. b	Christus per resurrectionem seculo finem imposuit. 391. a	
Christus dextra benedicet pijs dextris.	331. a	Christo egent pijs & impijs. 392. b	
Christus suum habet peculiari loquendi modum. 333. b		Christus sinit se tangi a Marijs, & non a Maria cur. 396. b	
Christum tradi, quid sit.	337. b	Christus post resurrectionem ante ascensionem quid fecerit. 399. b	
Christus olim & nunc derisus.	379. a. b	Christus cur semper nobiscum esse vult. 403. b	
Christus spiritus nostros Patri comedauit. 380. b		Christiani nasci debent ex puritate. 10. b	
Christus in passione tam afflictus est: ut credas totum infernum illa tormeta excogitasse. 337. b		Christiani pijs, nascuntur sine parentibus. 11. a	
Christi humanitas erat domus obedientie: exau-		Christianus ut sit in gratia. 12. a	
		Christianorum institutum. 18. a, propositum. 397. a	
		Christianus, minimus: & non minimus. 20. b	

INDEX.

Christiani laboribus pressi.	25.b.364.a	Claves quid significant.	237.a.b.
Christianorum amor, mundo occidat.	28.a	Claves regni dari nobis, miraculum.	300.b
Christiani immerfi in spiritu, & amore.	40.b	Clericos, non legere malum.	280.a
Christianorum vita.	94.a.vi.vita spiritualis.	Clericorum quorundā auaritia.	302.a
Christiani, spirituales,	eodem.	Clerici reprehendantur.	344.b
Christiani procul a desidia, & propria volūtate,		Cohors quot milites habet.	370.b
& a peccatis, eodem. ab hypocrisi.	49.b	Columbarum conditiones.	182.a
Christianus paucis contentus,	eodem.	Columba cur Spiritus sanctus.vi. Spūs sanctus.	
Christianorum vita maximè ieiunat.	50.a	Cōmunicandum ne sit sub vtraque specie.350.a	
Christianorum vita, non in solo pane.	52.b	Cōmunitas vt duret, habeat pacem.	202.b
Christiani quales. 62.b. & .109.b. &.	344.a	In Confessione pœnitēs tollit Deo pallium.102.b	
Christiana Resp. in quo fundatur.	63.a. (87.b	In Confessione, ex verbis iustificamur.	205.b
Christiani veri Iudei, legem vet. seruātes, in spū.		Confessor qualis.	130.a
Christianorum concordia Christo pretiosa 52.a		Confessori lepra monstranda, etiam sana.	145.a
Christiani liberi ab ira, odio.	eodem.b	Confessorum malorum reprehensio.	131.b
Christiani debent ad altare offerre.	93.b	Confessio Iudeorum qualis.	34.b
Christianus, quān debeat terrena cōtēnere.103.a		Coniugati difficulter sunt perfecti.	12.b
Christianus vigil, gladio super femore, eodem.		Coniugatus, si vxor sit adultera, quid faciet.13.b	
Christianus paratus ad omne dedecus.	104.a	Vide Matrimonium.	
Christianorum opera, qualia.	120.b	Consilium a pijs accipere quān bonum.	367.a
Christiani versentur intus in corde.	129.b	Consumare Christum sermones quid.336.a	
Christianorum cæcitas.	133.b.137.a	Contemptus mundi.	103.a
Christiani doctores malos caueant.	137.a	Contemplatiui.	29.a.34.a
Christiani quomō ædificant in spiritu.	140.b	Contumelia, quando est mortalis, & de ea multa.	150.151.
Christianorum firmitas.	141.b (10 b	Cōuersorum ad fidem peccata sunt graua.301.b	
Christiani mala corporis non timeāt.152.b.157.a		Conuiuium grande Christi, quod.	164.a
Christiani operātur, non propter tēporalia.155.a		Conuiuas ad conuiuū nō venire, nephas.281.b	
Christiani quomodo paruuli.	194.b	Conuiuium, de eo multa,	eodem.
Christiani manus extendant.	200.b	Cophini, quid significant.	222.b
Christianis contingunt mysteria, quæ Christo suo modo.	212.a	Cor nostrum est terra maledicta.	211.a
Christiani, qualiter, & quo fine operentur.227.a		Cor terre, est infernus.	207.a
Christianus sanandus egrediatur.	230.b	Cor est spica.198.a. Cor simplex, aut nequā.123.a	
Christianus cum Christo debet conuersari.239.b		Cor quid in literis sacris.	76.b.122.b
Christiani sunt solares.	244.a	Cor quomodo maculatur, & mundatur.	77.a
Christiani, primi præmium accipient.	260.a	Cor hominis quale.	77.b
Christianorum vires.	261.b	Cor mundū propter sanguinē Christi.	78.a
Christianus est imago Christi.	288.a	Cor tripliciter mundum,	eodem.
Christianorum in zelo desidia.	301.b	Correctionis fraternę materia fusę explicata.	250.251.
Christiani vocantur virgines.	321.a	Corozaim, quid significet.	193.b
Christiani cur. decem. virgines, eodem.b. & 323.a		Corpora sanctorum defuncta viuūt. 292.a. Vi-	
Christianus quilibet est numularius.	328.b	de beatorum corpora.	
Christiani vitam nouam viuere iubentur.345.a		Creaturę nos auocant, & prouocāt ad Deū.263.b	
Christiani iubentur bibere sanguinē, non Iudei.	347.b (224.a	Crucis Christi effectus.	17.a
Christiana vita est nauigatio, vigilia, militia.		Crucē ferre quotidie, quid.	187.a.239.b
Christianitas, maximum signum.	206.a.b	Crucem ferens, dānari potest.	187.b
Christianismi gradus & progressus. 132.b.135.a		Crux Christi in celo figetur.	315.a
& .136.a. & .155.a		Crux Christi arbor mali & boni.	316.a
Christianitas cur arcta.	136.b	Crucis Christi multę figurę.	373.a.b
Christianitas ex fide, & charitate cōstat: reliqua sunt adiecta.	167.a	Crux Christi, eius virga & baculus,	eodem.b
Christianitas: vide vita spiritualis.		Crucifixionis Christi figurę & pphetię.	375.a
Christianitas virginea.	321.b	Crucifixum querere, malorum medicina.344.b	
Christianitas in quo consistat.	323.b	Cruci adstātes mortē violētā passi nō sunt.356.a	
Christianitas est minorum professio.	335.b	Culpam homo, non Deus facit.	228.a
Christiani audientes in auditu auris.	357.b	Cupiditas dānatur.	123.b.vi.auaritia.
Christianorum corā tyrānis confessio.	362.b	Cupiditas oculos facit.	126.b
Christiani, Christo similes.	385.a	Cupiditas venenum charitatis.	262.b
Clamor antiquorum patrum.	fo.2.a	Cupiditas, Theologis est fomes. Paulo. Adam caro, homo vetus,	Fo.1.b
		Cupiditas	

Eleemosyna, oratio, ieiunium. Eleemosyna qua charitas effunditur proximo. Oratio qua Deo, Ieiunium quo corpori nostro amor exhibetur. Et licet corpus sit viri Christiani: etiam si castigatione non egeat, ieiunet, quia sicut Reges sumus, dando proximis omnibus eleemosynam, (quo ad licet,) & sicut propheta sumus Deū per orationem videndo: ita sumus sacerdotes Deo corpora nostra in sacrificium offerendo.

Nolite. Licet sancti autores hanc partem superioribus attexuerint, credo tamē à superiori tractatu esse diuisam, vt quę rem tractet à dictis longē diuersam: tractat enim de auaritię eradicatione. Cū tamē in superioribus de vanę glorię contemptu loquutus Dominus fuerit. Tres enim sunt lanceę à quibus Absalon cōfossus interiit, scilicet: superbia vitę, quā in prioribus Dominus prohibuit. Concupiscentia oculorum seu diuitiarum, quam in hoc textu eliminat. His verò duobus eiectis facilius est concupiscentiam carnis auellere. Igitur suavis, & blāda litterę textura, de diuitiis, non congerendis loquitur. & persuasi mihi nullam literę violētiam, si possem, inferre. Thema igitur est Nolite thesauros in terra recōdere. Id tribus efficacissimis rationibus pbat. prior ex pericūlo. altera ex corde nostro, ne collocetur in terra. tertia ex damno si collocetur cor & oculus, totum enim fit tenebrosū. Adsit Christus explicationi. Prior ergo ratio est: ne recondatis thesauros in terra, vbi periculo obnoxij sunt: eruginis, tineę, latronū. Vbi plus innuitur quam explicetur. Innuitur, n. ne recondatis opes vestras in terra. Aliōqui perpetuò erit vobis timendum, ab erugine, à tineā, à furibus. Vt enim nulla tineā, vt nulli fures opes vestras ledant, nō potestis tamē nō timere semper ab eis. Porro hęc cura, hic timor, & pauor torquet cor vehementissimē. Quid igitur miser? Putabas te parare thesaurum, & parasti tormentum, putasti te tibi parasse gaudiū, & parasti tormentum, carnificem, lanionem. Sed verò grauius multo est quod sequitur. ex Euāgelio nouimus, quod Christus veniet sicut fur. Quē furem ipse cauere pcepit, dū dicit, si sciret Pater familias, quā hora fur veniret, vigilaret. vt ergo quam maximē fugias tineę, & aliorum latronum iniuriā: num effugies Christi, (qui sicut fur veniet,) non iniuriam, sed veram iustitiam? Veniet ille, & rapiet à te thesaurum tuum. quę autem congregasti cuius erunt? Fateor tu non recōdebas tibi, vt futurę, sed vt presentī vitę prospiceres. Sed equidem exiguus, & curtus est tibi visus: & angusta prouidentia, qui tam breui vitę consulis, non verò futurę. Imò si consulisses futurę, consulisses etiam presentī: & quia futurę non prospicis, existima nec presentī esse consultum. Pulchrē enim castigat te Deus, vt etiam furtū opum tuarum tu tibi facias: tuq; tibi fur sis. Planē tu congregans & recondens: reconditis non frueris: nō tibi tuę sunt opes in vsum. Nihil aliud ergo est

quod à fure expectes, quam quod tu tibi facis. Et certē à furibus opes tuę sublataę de tua ignauiā vindictam suscipiunt. habebas eas in carceratas, in obscuro reclusas, At illę nunc in vsum veniunt hominum, in quem à Deo erant institutę.

Thesaurizate *vobis thesauros in celo.* Planē quos condideris in celo, ne crede, tantum futurę vitę profuturos. Imò verò qui in celo recōditus est, thesaurus est: totum illud faciens quod fecisset, si in terra conditus esset. Quid enim à thesauro terreno expectares? Certē vt haberes quod tibi diutius viuētis sufficeret. At verò si in terra thesaurus esset reconditus, non permetteret te longius viuere: sed Dominus vt à stulto, ea nocte qua te diuitem credebas, repeteret à te animam tuam. Clarissimum est illud Psaltis dictum: Viri sanguinum & dolosi, non dimidiabunt dies suos. At nemo forsā est auaro dolosior, nemo forsā qui plures occidat, quos enim non pauisti occidisti. Igitur auari sunt viri sanguinū, sunt & dolosi. nō ergo dimidiant dies suos. Sed age fac diutius viuas. Venit tibi lis, & contentio: vbi thesaurum tuum absumas, admittis crimen, propter quod à iudice spoliaris. Sunt enim diuitię congregatę in malum Domini sui, propter eas enim efficiuntur homines elati, & intractabiles. ac ita multis casibus obnoxij, vt diuitias amittant. Sed fac eas non amittere. prouidentia Dei est: vt plus habenti, minus sufficiat. sed semper in tristitia miser auarus versetur, non ergo tibi thesaurus tuus sufficit: cuius causa est tibi corrixandum semper: est tibi cum cognatis perpetuò habenda discordia: est tibi ab heredibus continuo cauēdum. hoc verò tibi credis esse thesaurum? Quam verò suauis agitur cum iusto, qui thesaurum habet in celo. Dictū enim est, non vidi iustum derelictum. & rursum, oculi Domini super iustos, vt alat eos in fame. Et rursum: Diuites eguerunt, & esurierunt: iusti autem non minuentur omni bono. Quid p̄cor posset facere thesaurus, quod par sit, huic tā diuiti promissioni? Quod scilicet iustus non minuetur omni bono? Profectò nullus terrenus thesaurus est, qui prestare alicui possit, ne minuat omni bono. Ergo qui thesaurizauit in celo, credat se thesaurum in cœlis & in terris habere.

At dices, mihi non recondo, sed filijs. Profectò & id prestabit thesaurus in celo reconditus. Dictum enim est: Non vidi iustum derelictum, nec semen eius querens panem. Si semen tuum panem non queret, igitur si thesaurum in celo collocasti, existima te in terra thesaurum habere filio tuo seruatum. Eleganter dictum est: Beatus vir qui timet Dominum, qui in mandatis eius vult nimis. Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicatur. Audiisti, semen piorum futurum potens: forte non id pręstitisset thesaurus, quem curabas infodere terrę.

h v Sed

Luce. 12.
Psal. 54.

Eccle. 10.

Eccle. 5.
1. Tim. 6.

Psal. 36.

Psal. 32.

Psal. 33.

Psal. 36.

Psal. 112.

Regū. 18.
1. Ioan. 2.

Luce. 12.

Luce. 12.

Psalm. 117. ¶ Sed diligenter aduerte quod Psaltes hinc dicit: In mandatis eius vir iustus volet nimis. Cōgruit enim nostro textui. Nec enim textus dicit: Recondite vnum, aut aliud opus in cœlo: sed recondite thesauros. vbi annota: non solū iubet, vt recondas vnum thesaurum, sed thesauros: vt videlicet vir iustus, non in vnico mandato velit nimis, sed in omnibus. Memēto enim, qd' ex seruis qui talenta acceperunt, non fuerunt seruati, qui vnum, aut alium numum negociati sunt: sed qui decem, aut certē quinq; talenta exposuerunt ad mensam. Ex talentis verò thesauri recōdi solēt.

Math. 25.

¶ Aduerte rursus: (quod sine dolore animi scribere nequeo) Si thesaurus est tibi in cœlo repositus: ne crede solum in cœlo: sed in ipso Deo, in ipso Dei sinu, in ipso corde Dei thesaurū collocatū. O quam verē tutum locū habent opes tuę!

Quis poterit eis incommodare? Sed o miseriam! Peccatum est quod nobis eas auferre ē sinu Dei potest. o longissimas & rapacissimas vngues peccati, quę ad cœlū pertingere, & a Deo thesauros nobis nostros rapere possunt. O nimium audax peccatum, quod in diuina penetralia irrumpere non veretur: indeq; multo tempore & labore, & sudore partas opes sine misericordia, miseris eripit. o Dei verē rigidam iustitiam, cui omnes fores diuinę patent: o verē Dei æquam bonitatem, quę peccato peccatoribus thesauros rapiēti, fores non occludit.

¶ Scio non ita tibi peccatum opes abstulisse: quin si conuertaris, opes in Dei sinu reconditas inuenias. Sed quid si non conuertaris, an non tibi eas peccatum eripuit? Scio etiam, quod si non cōuertaris, quę tibi non proderunt opes, aliis profuturas. Thesaurus enim Ecclesię ex superfluis sanctorum operibus, & ex his quę autoribus suis non profuerunt, aggregatur. Sed quid ego lucror, si ex meis opibus alios video ditatos? Ergo peccatum est, quod mihi si pecco, opes meas abstulit, qd' me nudū, & semiuiuum reliquit.

Luce. 10.

Hebr. 13.

¶ Porro quā pulchrē Dominus notauit, non nos hinc habere ciuitatem manentē, sed futuram inquirere! Vt enim qui ad Indos penetrant, inde corradere suas opes contendunt, quas in patriā p̄mittūt. vt eis in patria frui liceat: ita Dñs vult nos intelligere, nos in India esse, vnde thesauros in cœlū p̄mittamus. Quis verò credidisset, in terra hac thesauros Indicos esse?

Vbi enim *est thesaurus tuus ubi est cor tuum.* Igitur si in terra est thesaurus tuus reconditus: iam est cor tuum, viuens in terra sepultum: si thesaurum tuum sepelisti, cor tuū sepelisti. Quod si thesaurus tuus a tineis & blattis corroditur: planum est, cor tuum a vermibus etiam corrodi: vt nihil sepulchralium conditionum desit tuo cordi sepulto. Sed o miserum cor tuum, quod cum vermibus, cūq; tam vili milite continuū bellū gerit. quem vicisse verecūdia est, a quo vinci, nefas. Quā fuisset tibi fœlicius, corpus potius q̄ cor habere sepultū. Quā fuisset fœlicius a vermibus terrenis corpus: quā a spiri-

2. Ratio.

tualibus cor, habere corrosū? Tanto enim maius damnum a spiritali tineā cor tuum recipit: quanto est cor corpore nobilius. ¶ At contra si thesaurus tibi est in cœlo, cor habes in cœlo. Sedes tibi cœlū est. Quid? Si sedes in cœlo tibi est & terra est scabellū, vbi consistunt pedes tui: nū Deus es tu, cui cœlum est sedes, terra autē pedū pedamentū? Agnoscis lector Christiane altitudinem huius verbi, in cœlo est cor tuum? ¶ Iam mirari minus possum, cum audio: quosdam Christianos, cum gaudio suorum bonorum iacturam suscepisse, scientes se meliorem in cœlo repositā habere substantiam. Imo verò video causam cur David dicat: In imagine pertransit homo, & frustra conturbatur, thesaurizat enim nesciens cui congregat. At expectatio mea, quę alia est, nōne Dominus? Cur David? Quia substantia mea apud te est. Ita planē: cuius substantia apud Deum est, quid habet quod expectet, nisi Deum? Expende verò Theologe, quid sit: substantia mea apud te. ¶ Iam si in cœlo non sunt lachrymę, nō dolor, nō mors: p̄fectō intelligere potest quiuis, an in cœlo cor suum habeat. Si n. spiritalis vir, gaudiū habet & pacē in spiritu sancto, in cœlo est. Si habet gaudium plenum, & quod, inquit, nemo tollet a vobis, in cœlo est. Si sicut mons Sion nō commouetur. Si dicit: Mihi adherere Deo bonū est, & ponere in Deo omnē spem, omnesq; diuitias meas, hic in cœlo est. ¶ Quis verò nō stupeat harum rerum commercium? Cor tuum est in cœlo, & cœlum in te. regnū enim Dei intra vos est. tu in Deo, Deus in te. inhabitabo enim in eis, & inambulabo. Sed hęc satis. Igitur Christi ratio efficacissima est thesaurum in terra nō colloca, sed in cœlo. non sepelias cor tuum, sed diuinum potius efficit.

1. saie. 66.

Hebr. 10.

Psalm. 38.

Apocal. 21.

Roma. 14.

Ioanis. 16.

Psalm. 124.

Psalm. 72.

1. Ioanis. 4.

Lucerna *corporis est oculus.* Hęc tertia ratio: Cuius valor hic est. Si oculus tuus est lucerna corporis, consequens est, vt oculus animę, sit animę lucerna. Si hęc lucerna munda sit a ter: & cōmistu, totum te reddet lucentem. At si eam terę miscueris, ipsa tenebris obruta, totū te reddet tenebrosū: & o quanta tenebrarum multitudo obruet te? Emunge oculos precor te lector. ¶ Primū inquit Dñs lucerna corporis est oculus. nō dicit lucerna hominis, vt scias subtiliter distinguere lucernā corporis, q̄ est oculus: a lucerna animi, quę cor est. Neq; statim cōtēnas, cū audis, cor esse lucernā animi, & p̄inde toti⁹ hois. Probetur tibi potius modus loquendi sacre scripture, quā scholarū tantopere idioma receptū. Atqui Spūs sanctus dicit: Exceca cor populi huius. Et apud Paulum: Alienati a vita Dei, per ignorantia quę est in illis, propter cecitatē cordis eorum. Et Christus: Beati mundo corde, quia ipsi Deum videbunt. mūdum ergo cor videt, sicut immūdū excecat. videre verò & excecarā oculorum est. Vide nunc quā pulchrē annexit Dominus secundę rationi tertiam. Secūda ratio dixit: ne colles cor tuum in terra. Inde

1. Ioanis. 1.

1. Ioanis. 1.

1. sa. 6.

Eph. 4.

Math. 3.

Vide supra

76.

ca. 2.

ortum

ortum habet tertia. Si cor collocaueris in terra, lucernâ tuâ in terra locasti, & ideo nō iam lucerna erit, sed tenebrę. Id primum malum: Secundū malum, totus tu efficieris tenebrosus. Tertium: Ipse tenebrę in te quate. Id est immese erunt. Habemus quid sit lucerna hominis, est enim cor.

¶ Cor verò potest esse simplex aut nequā: & hinc nullum est medium, aut enim cor tuum dignū est cœlo: & ita oculus est simplex: aut infernū, & ita nequam conuicitur esse. Hic ego non possum nō mirari diuinam sapientiam: nam cum Christus esset Hebręus, & Hebraicē loqueretur: at quę hebręis erant difficiliora, per Latina, & Gręca reddidit clariora. Certē verbū, simplex, Hebręis sonat integrum, & perfectum. Ita dicitur: Erat Iob vir simplex, quod peritissimi hebręi sermonis, exponūt: erat vir integer, & alij, erat vir pfectus.

¶ Ex hoc habes: cor eius qui recondit thesauros in cœlo: esse cor simplex, integrū, atq; perfectū. Est enim hoc cor in cœlo, & in Deo: in quo nihil nisi diuinum esse potest. Contra verò, cor recondens thesaurum in terra, cor nequam esse.

¶ Habes secundo: modum quo liceat tibi cor habere perfectum, scilicet si simplex habere contēderis. Ille verò cor simplex habet, qui vnum tantum respicit. Illud, videlicet, qd' est necessarium. Cor simplex est, quod omnia quę facit, Dei amore facit: Deoq; placere, vni & soli desiderat. Cor istud planē thesaurum condidit in cœlo & licet thesauros habeat in terra, perinde habet, ac habebat Iob: qui cū amisisset, nihil stultū loquutus est in ore suo: Enimvero, quia iuxta pceptum Pauli: ita possidebat: ac si non possedisset. ¶ Nota verò diligentissimē: Si oculustuus fuerit simplex totum corpustuum lucidum erit. Cura enim viri perfecti, simplicis & integri, est: se totū illustrare, se totum circumspicere, & lucernâ suâ se totū examinare & expēdere. Verebar, inquit simplex Iob: omnia opera mea. Vir integer est totus sibi notus. probat. n. se, an in fide sit: vt inquit Paulus Quotidie enim viri boni euertunt domum suam, nequid sit quod oculos Dei offendat. Contra viri qui habent thesauros conditos in terra, sunt sibi penitē ignoti, quia toti sunt in tenebris: habent cor mille peccatorum vulneribus sauciatum, habent cor semiuuū: nec curant tamen.

¶ Nota secundo: Erit inquit lucidum totū: & infra, erit tenebrosus totū. ergo aut places totus: aut displices totus. Non potes Deo partim placere, & partim displicere. Qui enim offenderit in vno, factus est omnium reus. ¶ Nota tertio, solum cor simplex sufficere ad illustrandū corpus totum. Prima cura tua sit, cor simplex habere. Id si habeas, totus lucidus es. Rectē ergo Dominus petit dicens: fili, prebe mihi cor tuum. Id enim vbi Deo datum, & in Deo collocatum fuerit, totum hominem Deo donat. ¶ Nota quarto: ex hoc cor nostrum nequam fieri, quia thesaurū in terra recondit. ¶ Dissimulare hoc verbum nequę. Dicit Dominus: si ocul⁹ scilicet cor tuū

nequā fuerit, totum corpus tuū tenebrosus erit. At Domine diuites hi avari, tumulos in Ecclesiis edificant, basilicas erigunt, templa Dei exornāt: Imo frequēter pauperibus eleemosynas largiūtur. An non diuites illi Iudęi magnifica dona in gazophilactium mittebant? An non hęc opera sunt lucida? Cur dicis, totum tenebrosus esse? Planē si reconditos habet diues thesauros, (cum tot sint miserē egeni,) quę facit opera, habent gloriam apud homines: apud Deum verò, non item. tenebrosa sunt. Si cor nequam est nihil inde profectum, Deo gratum est, ad vitam eternā comparandam. Habes ergo, cor thesaurizans, tenebrosus esse: & totum hominem eiusq; opera tenebrosa, & Deo ingrata reddere.

¶ Si ergo lumen quod in te est. Id est, si cor tuū, quod luminis loco habet anima tua tenebris est obsitum: ipse tenebrę, id est, ipsa peccata quanta in te erūt. Quasi dicat: Vbi cor amisit lumen, peccata agminatim irrumpunt. non est peccatum vnum aut aliud, sed est omnium peccatorū colluies. Verissimē enim dictum est Posuisti tenebras & facta est nox in ipsa pertransibunt omnes bestię syluę. Vbi enim nox cordis est, omnia peccata bestialia certatim irruunt. Solenne dictum Pauli est: Radix omnium malorū cupiditas, non, inquit, ex hac radice vnum peccatum prodit, sed omnia mala, quasi diceret, vbi cor tenebroso veneno cupiditatis inficitur, o quanta mala in ipsum ingrediuntur. Certē quia qui volunt diuites fieri, incidunt in laqueum diaboli, & desideria multa, & nociua, quę mergunt hominē in perditionem. Non dicit in desideria pauca, sed multa. Ipse enim tenebrę quantę? Corgor ita exponere, quia nō possum adduci, vt per ipas tenebras, aliud intelligam quā peccata, reliqua enim alia obtenebrari possunt, sed non sunt ipse tenebrę. Iam si peccata sunt tenebrę, verē dicit Dominus: si cor tuum cupiditas inuasit: omninō charitas ab eo relegata est. Vbi enim charitas triumphat, cupiditas perit. Quod si charitas ē corde cupido explosa est, quantę in eo erunt tenebrę peccatorum? Vt intelligas quā verē dictum sit, nihil est iniquius quā amare pecuniam: quia videlicet non est ibi vna iniquitas sola, sed multę. Dicit Propheta: Diuites eius repleti sunt iniquitate.

Nemo potest duobus.

ANTE omnia mihi sunt explicanda vocabula. Mammona, Chaldaicū est: significās diuitias, & substantiam. Arbitrorq; non significare dæmonem pfectum diuitis. Quod hinc colligo: Inquit Dominus: facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Et rursus: Si in iniquo mammona infideles fuistis. Vbi apertē nequit intelligi de dæmone: sed de opibus, pari ergo iure & hoc loco, nō de dæmone, sed de substantia & diuitis mentio est. ¶ Alterū vocabulū est sollicitudo. Ex cuius intellectu reliqua pendent, gr̄cis est: merimona. quod

Iob. 1.

Luce. 10.

Iob. 1.

3. Corin. 7.

Iob. 9.

3. Corin. 13.

Luce. 15.

Luce. 10.

Iacobi. 2.

Prover. 23.

Luce. 25.

Psal. 103.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

Eccli. 10.

Mich. 6.

Ephes. 1.

quod significat curam anxiam, & inquietam. Vnde Cicero 4. Tuscula. quæst dicit: Sollicitudo, est egritudo cum cogitatione. Est igitur egritudo & morbus animi & 1. de finibus, dicit: Eas sollicitudines, quibus animi eorum exeduntur, à diis supplicij causa importari putat. Tertium est liliū. Est verò duplex liliorum genus. Album, quod Græcis est lirion, & rubrum, quod est Græcis crinon, locus verò noster non loquitur de liliis albis. hæc enim cum in hortis nascatur: curam, & cultum hominum exigunt. loquitur igitur de liliis rubris, sub nomine, crina, & quia hæc nullam curam requirunt, (ea maximè quæ lilia agri sunt,) ideo de his mentio est. Secundò loco tractandum mihi est, an liceat sollicitum esse Christianum. Et Primo apertum est, (licet Caietanus contrariū dixerit,) quod sancta sit cura & sollicitudo de spiritualibus rebus. Ad Roman. 12. sollicitudine non pigri, et qui præest, in sollicitudine. 2. Cor. 11. quotidiana sollicitudo mea, omnium Ecclesiarum. Ephe. 4. solliciti seruire vnitatem fidei. Coloss. 4. Epaphras semp sollicitus p vobis. Secundò etiã apertum est: quod sit scilicet sollicitudo de temporalibus, quãdo in spiritualium commodum cedunt. Paulus ad Galat. 2. inquit. dexteras mihi dederunt tantum, vt pauperum memores essemus: quod etiam sollicitus fui seruire. Quam sollicitudinem apertè monstrauit, in prima & secunda ad Corint. Tertio: Non est mala sollicitudo de temporalibus, vbi prius sunt eterna quæ sita. 1. ad Corint. 7. Paulus dicit: Mulier sollicita est, quomodo placeat viro. Quarto: Profectò si licet habere sollicitudinem placendi viro: licet etiã habere, quomodo pascat pater filios: & cum non minore iustitia obligetur quis sibi, quàm v xori aut filiis: non erit mala sollicitudo, quã quis sibi consulit in temporalibus, vbi consuluit prius in eternis. Quintò: quod igitur Dominus damnat hoc loco, id est: quod temporalia quæras eternorum oblitus: ita curare hæc quæ videntur, ac si nihil essent eterna. Hoc enim est, quod dicit Psal. Statuerunt declinare in terrã oculos suos. vocauerunt nomina sua in terris suis. Psalm. 48. Hi dicuntur habitatores terræ. Vnde inquit, habitantibus in terra. Apocal. 8. Mortui in delictis. Ephe. 2. Alienati à vita Dei, per ignorantiam Ephe. 4. Hi habent hinc ciuitatem manentem, & ideo futuram non inquirunt. Hi non se reputant vt hospites, & peregrinos super terram. Ad Hebr. 11. & 1. Petri. 2. Demum non sunt ciues sanctorum, & domestici Dei. nec accesserunt ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis. &c. Ad Hebr. 12. Sextò: Quod Dominus hoc sermone contedit persuadere, id est: Vt confidamus de eius in nos prouidentia: de eius amore: de eius paterna pietate. quod quæ scit nostras necessitates & amat nos vehemētius quàm ipsi nos. Quod item multo melius nostris rebus consulimus ipsi fidetes, quàm curam nostri habentes. & demum, quod nostra sollicitudo rebus nostris non commodat: imo incō-

modat potius. Septimo Christus multa verba expendit, cupiens sollicitudinem temporalium à nobis reuellere, quia sollicitudo est acus qua filum in animam ingreditur. Ex sollicitudine siquidem diuitiarum, amor: ex amore apponitur cor: ex corde apposito ingreditur cultus, & obsequium Mammonæ, Deo vero contempto.

Nemo potest duobus Dominis seruire. Miraculum est, quod duobus Dominis miser homo seruire velit, quod quæ à vero Domino suo discedere cupiat. Pulchrè Ieremias dicit: Quis non timeat te, o rex gētium: quia tuum est decus. Si decus, si gloria, si quidquid optari potest, abundantiss. in Deo inuenitur: quid est, quod homo Domino suo contempto, alterius domini obsequium querit? Sanè nulla creatura est, quæ à sui Domini præcepto discesserit: Cur ergo homo discedit? Me, inquit Dominus, non timebitis, & à facie mea non dolebitis? Qui posui arenam terminum mari: præceptum sempiternum quod non præteribit. Intumescunt fluctus eius, & non transibunt illud. Populo autem huic factum est cor incredulum, & exasperans: recesserunt, & abierunt. Et non dixerunt in corde suo: Metuam Dominum, Deum, nostrum: qui dat nobis pluuiam temporaneam, & serotinam, in tempore suo. &c. Profectò iustum erat, vt quem cæli, elementa, & cunctæ creaturæ non relinquunt, nec homo relinqueret. Homo scilicet tot beneficiis auctus. Homo quem ita dilexit Deus, vt filium suum traderet: non in aliud, quàm in mortem, eam quæ acerbißimam. Quid demon habet, quo homines in suum vexillum pelliciat? Est ne ille diues? Est pulcher? Est ne blandus? Obstupescite, inquit Deus Cæli super hoc, & portæ cæli desolamini vehementer. me dereliquerunt fontem aque viue: & foderunt sibi cisternas dissipatas: quæ continere non valent aquas. Si homo natus fuisset, vt demonem coleret, non erat miraculum, quod illi seruiret. At natus est homo, vt summum bonum amando possideret. O quã verè inquit: Nunquid seruus est Israël, aut vernaculus, quare ergo factus est in prædã? Quod si ignoranter, aut incaute in Syrtibus homo incideret, venia dignum crimen esset. Nunc verò admonemur, excitamur, terremur, vapulamur: vt demonis obsequia fugiamus. nec tamè est qui auelere nos à malo nostro quærat. En dicitur nobis: nemo potest duobus dominis seruire. Si alicui alij seruitis, à Domino desistitis. nec est tamen, qui à veterno excitatus, ad Deum suum accedat.

Vnum diligit. Homines alij pij sunt: alij impij. Pius homo, Deum diligit, demonem odio habet. Deum enim pius diligit toto corde suo. At, qui diligitis Dominum odite malum. Impius verò diabolum sustinet, & Deum contemnit. Pars ergo illa: vnum diligit referenda est ad iustos. Pars verò altera: Vnum sustinebit, debet referri ad peccatores. Iam miraculi loco est. quod homo sustinere velit demonem: quem cæli susti-

Ier. 10.

Ierem. 8.

Ioan. 3.

Ierem. 2.

Ierem. 2.

Deuter. 6.

Psal. 36.

psal. 16.

Hebr. 13.

Ephes. 2.

li sustinere nequiterunt. nec sustinere poterat infernus. Infernus, inquit, subter, conturbatus est in occursum aduentus tui. Qui diabolum sustinet, iumentum est: quod super se iugum oneris, (id est, iugum onerosissimum) habet. Qui diabolum sustinet, sceptrum exactoris sustinet. Quam verò graue sit iugum hoc, quam durum sit tale sceptrum, vel inde colligi potest: quòd solus Christus id rescindere, & ab humeris nostris auellere potuit. Rursum inde colligitur, quòd anima nostra, aliò qui in cœlum nata volare, hoc pondere grauata, in infernum ita demergitur, vt erigere se, & pòdus excutere in eternum non possit. Iam si demon sustineri posset, Deo non contempto: ferri vix poterat. at omnibus lachrymis res digna est, quòd ita tuum pondus diligas: vt potius Deum contemnere, quam pondus abiicere velis. Elegãter Dominus: quomodo si mulier, contemnat amatorem: ita Israël contempsit me. Profectò ingemisco, quòd Deus amator sit: à nobis contèptus. Si amator est, nihil aliud queras. Quid enim non dabit, quid non faciet: imo quid non promeretur, qui amator est? Quis ergo est hic contemptus? Quis contemnès? Què porrò contemptus est pœna?

Non potestis *Deo seruire, & mammonè.*
 Igitur Mâmon, (qui diuitiarum nomine nuncupatur) Dei hostis publicatur. Inimicus Dei est. Si enim pro eo non est, contra eum est. Bellum ex nunc Christiani habent cum auaris diuitiis: quibus, & Deo nemo seruire potest. Dux, rex, & vexillifer noster, pauper est: inimicitias cum opibus habuit intestinas. adeò vt in presepe nasci, in cruce nudus mori voluerit. Qui igitur opibus cupit inseruire, ex pauperis Christi phalange exiit: ad alterius ducis castra defecit. Sacra Christi mater dicit: deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles: esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Quasi diceret: Christus exeruit dexterã suam, fecitque potentiam in brachio suo: dispersit superbos, deposuit potentes, euacuauit diuites. Igitur pugna in exorabilis est Christo cum auaris potentibus, & diuitibus. Planè diuites & potentes ire in cœlum possunt, sed non ibunt, nisi auaritiã ex animo eiecerint. At quia difficillimum est opes habere exterius, & animum pium interius: ideo reatè dictum est, quàm difficile qui diuitias habent regnum Dei possidebunt. Nunquam non malè audit auaritia, etiam inter Ethnicos: sed inter Christianos maximè. hi enim iubentur Christi vestigia sequi, & ita ambulare, sicut ille ambulauit. At ille nec vbi caput reclinaret, habuit. Vnde igitur hæc persuasio hominum mentes inuasit: vt Deo simul & opibus seruire se posse existimèt. Firma stat sententia, non potestis Deo & mammonè inseruire. Què sententia etiam si à Christo sancita non esset, ipsa eam confirmaret experientia. qui diuitiis seruit, eas vndecunq; corradit, animum habet crudelem, nulli miserie compa-

titur: Vbi ergo charitas est? At in charitate proximi tota lex comprehenditur.

Nolite *ergo solliciti esse anima vestra.* Dum mecum tacitus hanc periodum expèdo, difficilior apparet. Quid Domine, nū prouidentiam damnas? Num prudentiam humanã à tuis expellis? Quis est sapiens qui vel triticum in annum non recondat? Ad hæc, prima responsio mihi occurrit gratissima. quòd Dominus speciatim cum Apostolis, & prædicatoribus loquitur: Hi enim cum sarcinam Verbi diuini vbi que deferre debeant, liberi à curis esse debent. Ne penuriam timentes, ab officio prædicationis abstineant. Hos vult Dominus esse securos: siquidem eorum specialissimam Pater habeat prouidentia. & ipsi non poterunt huic officio plenè inseruire, si curam victus & vestitus sibi assumant.

¶ Secunda responsio etiam placet: Quòd si ad omnes Christus sermonè direxit, eius sermo emphasin habet. Similiterque fecit Dominus, ac faciunt, qui virgam recuruam in rectum flectere contendunt: in diuersam partem eam reflectentes. Ita Dominus à cura secularium rerum, omnino nititur corda nostra diuellere, vt vel hac ratione, minus illa curemus. Exemplum huius habemus in præcepto de diligendo Deo ex toto corde, anima, mente, viribus. Nemo sanè est qui hæc efficere ad plenum possit. At facere iubemur, vt dum ad cacumen ex imo contendimus, ad medium saltem perueniamus. Ita nihil curare precipimur: vt dum id præstare conamur, minus nos cura sollicitet. ¶ Tertia responsio est: Huius præcepti virtus ex præcedentibus pendet. Nemo inquit duobus seruire potest: non enim potestis seruire Deo & mamonè. Ideo si sollicitudo secularis à Dei seruitio auocare vos debet, præstat nihil sollicitum esse. non igitur veto vos esse sollicitos: veto tamen esse sollicitos, si hæc sollicitudo Mamonè seruire coegerit. ¶ Quarta responsio: Arbitror hæc verba Domini non esse præceptum, sed solum consilium. non enim dånationis verba aliqua profert, sed dulcedinis, & blandiciarũ. Et cum nimis durè loquitur, ita dicit: quanto magis vos modicè fidei, at modica fides nõ est mortale peccatum, sed nostrè nature imbecillitas. Vt cum Petrus validum ventum timet, & modicè fidei taxatur. ¶ Quinta responsio: què scholastica est. Planè vit de cœlestibus sollicitus primò, & maximè: licet postmodum sollicitetur de terrenis, non potest dici sollicitus de temporalibus. solenne siquidè est Theologis, quiduis à præcipuo suo nominari. Sicut Pij nominatur cœlestes, spirituales, diuini: contra verò impij vocantur puluis, terra, caro, atque putredo. Si igitur præcipua sollicitudo tua est de cœlo, licet non nihil sollicitus sis de terra, verè implet hoc præceptũ, ne sollicitus sis de esca, aut de veste. ¶ Sexta responsio est: Is reuera dicitur sollicitus de esca & veste, qui à sollicitudine, suum remedium pendere putat. At qui nihil omittit operæ, quom-

Roma. 13.

Deuter. 6.

Math. 14.

1. Cor. 13.
& Galat. 6.

nus

Psalm. 54. nus assequatur quod optat: expectans tamen operę suę successum à Deo: is iactavit verè cogitatum suum in Dominum. Et hæc est conditio piorum. Planè Dauid dicit: Non enim in arcu meo speravi, & gladius meus non saluauit me. **Psalm. 43.** Saluasti nos Domine de affligentibus nos. Et alibi: **Ibidem.** Nec enim in gladio suo possederunt terram, & dextera sua non saluauit eos: sed dextera tua, & brachium tuum. At profectò pugnabat Dauid pro virili: pugnabant & Iudei. Sed quia non expectabant scilicet finè ex brachio suo, sed ex Deo: Ideo non dicuntur in gladio suo possedisse terrã. Ita qui omnia necessaria facit, ad cibum assequendum, eum tamen expectans à Deo, sollicitus dici nequit de esca, sed de Deo. Hoc enim est, quod **Psalm. 144.** Psalmus dicit: Oculi omnium in te sperant Domine. & tu das illis escam. certè omnia recipiunt à Deo escam, non ociosa: sed nec sollicita.

Septima responsio: Fortasse Dominus nihil aliud vetat, quàm sollicitudinem in longissimum tempus. Sanè aues, & cetera animalia querunt sibi cibum: at non in multum tempus. imo nec auara formica, nisi ad annum in horrea sua conuehit.

Nōne anima plus est quàm esca. Sensus est vt arbitror. Si anima est plus quàm esca: querite prius, cibum animę quàm escam, quæ est cibus corporis. Et si corpus est potius, quam indumentum: querite primum vitam æternam corpori, quàm vestem. Potiorum enim potior debet esse cura. Curate ergo primum vt & anima, & corpus in æternum viuant, quàm quibus temporaliter non moriantur.

Ioan. 7. Sed libet te Domine interrogare: Tu ipse dicis: Ego sum panis vitæ: tu igitur esca animę es. Et **Roma 13.** Paulus dicit: Induimini Dominum IESVM Christum. Tu igitur vestis nostra es. Si igitur anima est plusquam esca, num est anima potior quàm tu? Imo & si corpus est veste melius, erit ne melius te, qui corporis nostri vestis es? An non dignaris minor nobis esse? Planè sicut placuit tibi, minister noster esse, & inter nos versari, non sicut qui maior est, sed sicut qui ministrat: ita & placuit hæc ratione minor videri, quòd cibus & vestitus noster esses.

Respicite volatilia cæli. Rubore suffundor hoc Domini verbum audiens. Quid Domine, tam inscius est homo, tam ignarus & rudis, vt etiam à brutis addiscere debeat? Factus est homo sapiens: ad imaginem siquidem Dei sapientissimi. Cur ergo à volatilibus cæli, vt à magistris, omnium magister homo docebitur? Video iam, quod homo qui in honore erat, iumentum factus sit & ita dignè ad bestias erudiendus mittitur. Porro consolabor me ipsum: is enim qui me respicere volatilia iussit, ideo iussit, vt dum in volatilia cæli oculos erigo, ad cælum erigam: imo ad Deum potius, qui multo locupletius me docebit, quam ipsa volatilia cæli docere poterant. Nec enim missus sum videre

bestias terrę. ne scilicet deiiciens oculos ad bestias terrę, terram spectarem: & à terrenis oculi detinerentur. Nam te precor lector attende. nescio quid subolet mysterij. Solenne est, volatilia cæli demones nominare, nam Dominus dicit de semente: qui prope viam cecidit. volucres inquit, cæli comederunt illum. Et explicans quę essent hæc volucres, dicit: Venit diabolus, & cæc. Igitur, volucres cæli demones sunt. Porro certum est his, qui vel gustum sanctarum literarum habent, quàm frequenter Dominus faciat, quæ demones ab eo petunt. Petit demon locum tentandi Iob: Petit facultatem intrandi in porcos. Iob. 1. Petit etiam vt decipiat omnes prophetas. Et Dominus fecit voluntatem eorum. Et Do- 3. Reg. 22. clarum verò est. quòd cum facit quę illi cupiunt, velut pascit eos: pascit igitur Deus coruos istos, qui canistrū cibis plenum, in capite pistoris Pharaonis, deo rare permittuntur. Audi nūc valentissimū Christi argumentū. Si, inquit, demones etiam, hostes Dei, Deus ipse pascit, non defraudans eos desiderijs suis, quanto potius pascet vos, sibi amicos & seruos? Non libet hinc discedere, quin admodum lectorem huius verbuli. Si volatilia pascit Deus, quę non seminant, quanto magis pascet vos seminantes? Textus enim ita dicit: Volatilia quę non seminant pascit Deus. nōne plaris estis vos quàm illa? At profectò, si homo ocio, & desidia torperet, non esset plaris quàm volatilia, imo longe minor: illa enim nunquàm torpore & ocio marcescunt. Quid enim ab homine alienius, quàm ocium? Planè iustus Adam operari iubetur. Et peccator, non nisi in sudore vultus pane vesci permittitur. Et homo natus est ad laborem, vt auis ad volatum. vt ergo quę nunquam volaret auis, aus non esset: ita qui ociatur homo, nec homo est. Igitur efficacia rationis est. Si volatilia quę non seminant, pascuntur: quāto magis vos pascemini. qui seminatis, metitis, & in horrea conuehitis?

Considerate lilia agri, non laborant neque

uent. Vt videlicet laborado, & nendo vestem quam habet conficiat. horsum enim loquitur de labore filandi, & nendi. At verè locus dubij plenus est, cur dicit: Dico vobis neq; Salomō in omni gloria sua, vestiebatur sicut vnum ex eis. Quid? Non erat pulchrior Salomō gemmis fulgēs: & auro: quàm vile liliū agri? Regina Sabba vidēs vestes Salomonis, & seruarū eius, præ admiratione stupet, nec in ea est spiritus: num amisit spiritum lilia cōsiderans? Iam si Salomō sapientissimus erat, cur non potius ex liliis vestem contexit, quàm ex gemis & auro? Et demum, quis est, qui non pulchrius aurum dicat quàm liliū? Ad hoc respondeo: quod oculos fecit nobis cupiditas: quibus non quæ verè sunt, pulchra credamns: sed quæ apparent. Si amas fœdam fœminam, pulchra tibi videtur. Et Cottę Ciceroniano, Iulci cuiusdam pueri oculi pulchriores videbatur, quàm nobiles Veneris oculi.

Ita

Ita & auaris nobis, vestis ex auro, pulchrior videtur, quàm lilia campi. Eleganter Ambrosius taxat auaros, qui lubentius spectant aurum quàm Solem. Si tibi oculi essent sani, in lilio spectares Dei artificis manum: in veste aurata manum hominis, qui eam texuit, videres. Quàtoq; tibi gratior esset Deus homine, tanto pulchrius videretur liliu, quod pinxit Deus: quam vestis quam texuit homo. Profectò Sponsus Deus, nihil ferè habuit, quo pulchritudinem sponsæ laudaret accuratius, quàm dicens: sicut liliu inter spinas: ita amica mea inter filias. Demum non ea pulchra, aut decora iudices: quæ contempsisse, & fugisse, decorum, & pulchrum est. Memor esto Publicolas illos, Valerios, Attilios, & Cincinnatos diuitias viriliter despexisse. ¶ Maius dubium est quid me torset. Cur Dominus cum proposuisset pulcherrimas lili vestes, ad fœnum agri transcurrit? Cur non dixit: considerate lilia, quæ si ita Deus vestit, quanto potius vos? Sed relictis liliis ad fœnum descendit. Ego credo mysterium subesse. Apertum est, lilia capi pios significare: Sicut contra fœnu significat impios. Spôsa. n. dicitur liliu & ois caro fœnu, hoc. n. fœnu est, quod hodie est: & cras in clibanum inferni mittendū erit. At, nō erat grande argumentū. Si Deus lilia, id est pios vestiret. Maius multo est, si etiam impios sic vestiat. Argumenti ergo virtus est: Considerate lilia: quæ piorum vicem obtinent, quæ pulchrè vestiantur à Deo. Cōsiderate etiam infideles: qui fœnum sunt, citò in infernum mittēdi. Cū igitur hos Deus ita diuites reddat, quanto magis vos? ¶ Ex his facile colligere licet: quàm verū sit, quod si per lilia iusti intelligantur: nec Salomō in omni gloria sua vestiebatur, sicut vnū ex his liliis. vestis siquidem nuptialis quæ iusti vestiuntur, & stola illa prima, quæ Pater venientes ad se induit, longè præcellit Salomonis vestes, quæ tum libet pulchras. ¶ Rursum collige: quàm sit verū quod fœnu hodie est, & cras in clibanū mittitur. Impij enim hodie tantum sunt. Pij hodie & cras, sicut Christus est hodie, & est in eternū. Sed impij hīc viuunt, postea morituri. Eleganter, licet dolenter, impij in inferno dicunt: Nos nati, cōtinuò desinimus esse. vnicum. n. diē vixerunt: quem diem non cupiuit Sanctus ille, cum dixit diem hominis nō desiderauit, tu scis Domine. Ut igitur hodiernus dies breuis mora est: ita & breui impij vixerunt. homo enim natus de muliere breui viuut tempore. ¶ O verò rē eximiè horredam: Cras in clibanum mittitur. Vbi impius ita possidebitur ab igne, vt possidetur fœnum, cū in clibanū coniicitur. Penetrat mors intima viscera mali. mors enim depascet eos. ¶ Vide verò firmitatem impiorum, qui nunc comparantur fœno, nunc paleis.

Quanto *magis vos modice fidei?* Iudicio meo graue, imo & grauissimū probrū est, cum dicitur modicæ fidei. video non esse peccatum mortale: sed video nihil viro fideli, ferè di-

ci posse, quod grauior sit contumelia: quàm quod modicæ fidei sit. Sanè si iustus ex fide viuut: quatenus fides est initium salutis, fundamētumque, & radix totius vitæ spiritualis: (vt ex Concilio Tridentino docemur) apertè sit, si modica fides est, modicam etiam esse salutem. Vbi enim radix tenuis est, necesse est totam plantam tenuem esse. Solenne est Theologis: quod fides per alias virtutes, actus omnium virtutum exercet. sicut solet manus, per digitos. at si debilis est manus, necesse est debilia esse opera ex digitis prodeuntia. Eleganter inquit Thomas: ad fidem spectare lucem in intellectu, promptitudinem, deuotionem, & confidentiā in affectu. Si igitur fides est exigua: necesse est, lucem exiguam esse, deuotionem & confidentiam modicam. Si hæc exigua sunt, quid magnum in nobis esse potest? Demū si Dominus dicit: Fides tua te saluam fecit. Vbi exigua est fides necesse est, salutem ex tenui filio pendere. Et quidem rem hanc ipsa confirmat experientia. quot enim naufragium patiuntur in fide, quia prius eam habuerunt exiguam? At nos fide contenti minore, quàm illa, cui hīc Dominus (vt exiguam) exprobrat, confidimus, & securi iacemus. ¶ Est verò graue dedecus quod Deo inurimus, quando modicæ fidei sumus. grauissimè enim vir probus ledi se putat, cum modicā in illo fidē habemus. quāto Deus ledetur grauius?

Hæc enim *gentes inquirunt* Gentes non habent patrem Christum, nihil ergo mirabimur: si patre destituti, sua sollicitudine sibi consulant. At Pater vester est Deus: qui vult, vt de vobis non sollicitemini. ¶ Item gentes: quia peccatores sunt: minores sunt quàm huius seculi bona. Si enim peccator nihil est: minus sanè est, quàm id quod aliquid est. non ergo mirandum, si minora appetant, & querant eas res quæ maiores sunt. At nos tanto sumus cibus, potibus, & vestibus maiores: quanto sunt humanis diuina maiora. Querant igitur nos cibi & vestes, nos non ea queramus. ¶ Rursum qui nihil habent in cælo: nihil mirū, si toti querant terrā. gentes spem non habent: non habent in cælo repositam meliorem substantiam: ideo querant sibi terrena. Nos verò thesaurum, redemptionem, & iustitiam habemus in cælo. Cur ergo secularia curamus? ¶ Adde: qui nullam in futuro seculo habiturifunt requiem, nihil mirum si hīc fatientur. Qui enim non habent in terra promissionis panem, descendunt pro cibus in Ægyptū. At nos quibus parata est in cælo mēsa: quibus disposuit Pater regnum. vt edamus, & bibamus: qui potādi sumus ex fonte dulcedinis, imo de torrente voluptatis. Quibus ea parata sunt, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor ascendunt: cur hīc cæpis, & aliis, & Ægyptiorum carnibus satiemur? ¶ Demum: quibus seruilis conditio est, nihil mirum si nihil aliud tractent quàm terram. At qui filij sunt, qui in sabbato sunt delicato indignum est si terram, & nihil aliud tractent.

Scit

Cantic. 2.

Isai. 40.

Math. 22.
Luce. 15.

Hebræ. 13.

Sapien. 5.

Jerem. 17.

Iob. 13.

Psal. 48.

Abacuc. 2.

Tho. 2. 2.
q. 3. artic. 1.

2. 2. quæst. 5. artic. 4.

Luce 18.

*quo gradu
quisq; credat
in qd confidat*

1. 2. 1. 1.

*temporū
nō curat*

1. Tess. 4.

Hebræ. 10.

1. Cori. 1.

Genes. 42.

Psal. 22.

Luce. 22.

Psal. 35.

Isaia. 64.

Name. 11.

Isaia. 43.

Exodi. 19 reuelationem expectantes: quam olim Iudæi: cū Deū de monte Sina legem laturū expectabāt. En igitur adest Christus: immensa luce coruscus: regale diadema, pro spinea corona, in capite ferens. Vultu suprà solis splendore irradiate. Foraminib⁹ vulnerū, flumina lucis largissima pferētib⁹. Toto corpore, suprà q̄ dici aut credi potest, resplendete. Discipuli miraculum attoniti stupent, sponte sua genua flectunt, Christi maiestatem adorāt: dulces ex oculis liquant lachrymas: mentes incredibili gaudio affici sentiunt. nullū diem huic similem vnquam experti sunt. quantumque dolorem Christi passio prius attulerat, tantum & suprà quam nemo credat, plus gaudij resurrectio quam videbant afferebat. ¶ Interim tamē (vt Matthæus habet) quidam videntes dubitauerunt. Vbi vehementissima subit me admiratio, quā fieri potuerit, vt quidam quod viderēt, dubitarent. Quod Thomas non videns dubitet, nihil admiror. quod quidam videntes dubitent: quis est qui non miretur? Quid enim aliud poterat Christus facere, vt omnem dubitationem auferret, quā quod seipsum viuū, & videndum exponat? Nū ne igitur sunt isti cæci, qui quod vident, non videant aut erant illi stulti: qui viderent, quod isti dubitabant. Huic meæ admirationi, illud primū respondendum videbitur, quod erat Christi tantus splendor: tāta maiestas: tamque erat suprà videntium captum spectaculum quod videbatur: vt oculorum aciem non sineret in re conspecta defigi. Certi igitur erant se miraculum quoddam videre: dubitabāt verò, an illud Christus esset. Quo circa Christus ipse propius ad illos accedens cœpit in hæc verba loqui: Data est mihi omnis potestas. vt loquela suppleat, quod immensæ lucis splendor discipulorum certitudini detrahebat. ¶ Secundo. in ea dubitatione, & Christianæ fidei celsitudo: & nostri ingenij malignior conditio demonstratur. Ephes. 2 Fides illa feruens celsissimum donum est. spirituale est. suprà omnem naturam est. At prauum Ierem. 17 præ omnibus cor hominis est. Omnis homo mendax est. vniuersa vanitas est omnis homo viuēs: Roman. 3 Si ergo fides tantum est donum: contra verò, cor tam vile est stercus, quid miramur, si difficillimè illud isti cōmittatur, & vniatur? Si stupes, quod Deus animam hominis vili pulueri copulauerit: cur non mirere magis, quod fides cordi nostro coniungatur. Fateor, Christus quicquid debuit, fecit, vt resurrexisse crederetur, at vix quod optabat, assequeretur. Neque enim sine causa exprobrauit incredulitatem illorum: quod post tot tantaque vitæ argumenta, iis qui vidissent à mortuis surrexisse non credebant. An non vides animum rebus suprà cœlestibus parum idoneū? Cœpis aliisq; sumus aptissimi. Manna istud fastidimus, nauisamque nobis vel eius mentio mouet. ¶ An non etiam nunc similis est in multis dubitatio? In infinitis miraculis fulsit, & fulget Christus. Multi tamen adhuc malignè credunt: quos De-

minus summa patientia tolerat, sicut olim discipulos tolerauit. ¶ Vnde alia responsio manat: Discipuli, sicut & Thomas dubitare permittuntur, vt Christus fidem nostram solidiss. argumētis firmatam relinquat. Ioan. 20

CAPVT. XI.

Christus ex data sibi potestate, discipulos prædicatum misit.

IESVS loquutus est eis: dicens. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.

Fatetur Christus hoc loco, se super omnē terrā, & super omnes cœlos imperium habere. Impletum ergo est illud Annæ: Dominus dabit imperium regi suo, & sublimabit cornu Christi sui. Idem verò est cornu, & imperium. sed vt intelligeremus imperium Christi, etiam suprà sublimes cœlos extendi, ideò Anna prædixit, sublimabit cornu Christi sui. Impletum etiam est desiderium illud Davidis: Da imperium tuum puero tuo, & saluum fac filium ancillæ tuæ. Vbi attentissimè illud verbum, imperium tuum, est audiendum. Neque enim quoduis imperium hîc petebatur: sed ipsissimum Dei imperium. Ergo tale imperium Christus in cælo habet, & in terra, quale Pater æternus habuit & habet. Quo sensu illud etiam intelligi debet. Deus iudicium (non aliud, quàm tuum) regi da. & iustitiam, non aliam quàm tuā, filio regis. Qua causa meritissimè Christus dicit: Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Vt omnes (sive in terris, sive in cœlis) honorificent filium: sicut honorificant & Patrē. Ita intelligendum est illud: Ecce cum nubibus cœli, quasi filius hominis veniebat. & vsque ad antiquum dierum peruenit, & dedit ei potestatem, honorem & regnum. & omnes populi, (sive Angelorum sive hominum) ipsi seruient. Ergo sicut iubete Pharaone, in tota terra Ægypti, absque Iosephi imperio: nemo poterat manum mouere, aut pedem Ad Iosephi enim imperium, cunctus populus obedire debebat ita Patre æterno iubente, in toto orbis ambitu, absque Christi redemptoris imperio, nullus aut Angelorum, aut hominum, manum mouebit aut pedem. Siquidē ad Christi nutum orbis machina subdita obedire tenetur. Verum ergo illud est, Data est mihi omnis potestas. ¶ Queristamen, quomodo Christus dicat datam sibi nūc eam potestatem, quam ab æterno, quatenus Deus: & à conceptione, quatenus homo possedit? Explicat eum nodum Paulus dicens: Eum qui modico quam Angeli minoratus est, videmus IESVM. IESVS ergo licet reuera esset ab incarnatione sua, multo quàm Angeli, maior: voluit tamen exinanire semetipsum: serui formam subiecti recipiens. Voluit enim cœlorum, astrorum, elementorum, hominum, atq; dæmonū iniuriis subiici. Vt eadē subiectionis ratio Christi & reliquorū hominū esset. Id. n. est, qd Paul⁹ dicit: in similitudinē hominum

Ioan. 20

1. Reg. 2

Psalm. 89

Psalm. 78

Ioan. 6

Daniel. 7

Genes. 48

Hebr. 2

Philip. 2 num factus, habitu inuentus vt hō. subiectus scilicet iis ferē omnibus, quibus reliqui homines: p similitudinem absque peccato. At post resurrectionem nihil habet dominij in Christum tota natura. Imo contrā: Christus imperium habet supra totam naturam. Id enim Paulus dicit: Cōstituit Deus Pater Christum suum super omnem principatum, potestatem, virtutem, dominationem, & omne nomen quod nominatur, non solum in hoc seculo, sed in futuro. Et omnia subiecit sub pedibus eius. ¶ Hinc planissimē ratio patet, quare Christus statim alia verba subiunxit: Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra: ergo euntes docete, baptizate, gubernate omnes gentes. Ac si diceret. Si rerū omniū monarchia penes me est, ite, docete. & c. Si n. imperiū omnium iure apud me est, ergo omnia mihi parere & obedire tenentur. ¶ Primum igitur mihi vos obedite. Sciebat planē Christus quantum onus, quā difficile iugum discipulis imponeret. mittens enim eos ad omnes gentes, mittebat agnos, ad omnes lupos, pardos, vīfos, leones. mittebat ad lanienam, ad carnificinam. Tradent enim (inquit) vos, flagellabunt vos, persequentur, occident. Sed interim, quia iubeo vos ire, ite. Sentiebat Paulus huius imperij efficaciam, cum dicebat: Si Euāgelizauero non est mihi gloria: Necessitas enim mihi incumbit. Vā enim mihi est, si non Euāgelizauero. Cur Paule: erit tibi vā: nisi Euāgelizes? Certē quia is cui data potestas omnis est, Euāgelizare præcepit: vāque electionis esse voluit, vt eius nomen in totum orbem deferrem. cuius præcepto adeo sum obediens, vt paratus sim ne illud violem, non solum alligari, sed etiam mori. Neque enim facio animā meam pretiosiorē quā me. ¶ Secundo: data est mihi omnis potestas: ergo mihi obediant omnes. ite igitur: docete omnes seruare, quæ per vos illis præcipio. Is sensus est Pauli, cum dixit: A Christo accepimus gratiam & Apostolatū, ad obediendum fidei in omnibus gentibus, id est, vt omnes gentes obediant fidei, collaque Christi iugo submittāt. Idem significat & illud: Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia Deo, ad destructionem munitio, consilia destruētēs, & omnem altitudinem extollentem se, aduersum scientiam Dei: & in captiuitatem redigentes omnem intellectū, in obsequium fidei. Quis hæc tam præclara posset designare facinora, supra omnem intellectum, supra omnem affectum: & cōtra omnem superbiam: nisi is, cui data est omnis potestas in cœlo & in terra? ¶ Tertiō data est mihi omnis potestas, vt totus infernus, omnes omniū dæmonum machinæ, contra Christianos bella gerentium, nihil omnino præualeat. Dictum enim est: Super hæc Petram ædificabo Ecclesiam meā: Et portæ inferi non præualebunt contra eam. Per portas inferi intellige omne consilium, omneque iāferorum potentiam. Hæc enim olim erant in portis ciuitatum. at cur non præualere pote-

rit totus tartareus orbis, contra Christianam Ecclesiam? Certē quia Christo Christianorum duci data est omnis potestas in cœlo, & in terra: vbi infernæ clauduntur potestates. ¶ Quarto: data est mihi omnis potestas in cœlo. vt inde Angelorū legiones in vestrum fauorem mittā: vt inde Dei Patris patrocinium mea interpellatione vobis acquiram. ¶ Si verbis Mathæi addas verba dicta per Ioannem, scilicet ego mitto vos: sicut misit me Pater: intelliges eundem principatum Christum in Ecclesia reliquisse, quem ipse haberet. gradu tamen suo.

CAPVT. XII.

Mittit discipulos Christus, ad docendum, & baptizandum.

Docete *omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Hic primū apertissimē video: quod si Apostoli omnes gentes docere iubentur: fit vt omnes gentes essent ignare. Nemo enim nisi ignarus docetur. Rursum: si omnes gentes sunt baptizandæ: ergo nouus ritus, & nouæ cæremoniæ hominibus statuuntur. Demum, si omnes gentes debent seruare quod Apostolis præceptū erat: ergo non est satis omnium gentium salutem, legem aut veterē, aut naturę, aut quamuis aliam seruare: nisi legem Euāgelicam seruent. Habemus igitur hinc tria ad æternam fœlicitatem assequendam necessaria: scilicet, Noua doctrina. Nouæ cæremoniæ. Noua *Isaiæ. 49* præcepta. planē omnia noua: quia ecce noua facio omnia. & quia noua creatura est vita Christiana. *Galat. 6* Nouū enim fecit Dominus super terram, ex quo *Ierem. 31* fœmina circumdedit virum. ¶ De doctrina noua *Isaiæ. 12* *Isaias* inquit. Non nocebunt, neque occident, in vniuerso monte sancto meo: quia repleta est terra scientia Domini, sicut aqua maris operientis. Verē doctrina illa noua est, quæ ne sibi noceant homines, nē se mutuo occidant præstat. Verē doctrina noua est, quam ipsos Angelos nostra Ecclesia docet. Ita enim Paulus: vt innotesceret *Ephes. 3* principibus, & potestatibus, per Ecclesiā multiformis sapientia Dei. Verē doctrina noua, quam Spiritus ipse Dei, nostris doctoribus suggerit. Ita dicente Christo: Ne cogitate quid loquamini. *Math. 2. 10* Spūs enim Patris vestri dabit, quid loquamini: Verē doctrina noua, quæ cum ipsa summa sit Sapientia, stultos tamen facit: stultitia vocata. dicente Paulo: Quia per sapientiam non cognouit mūdus Deum, placuit Deo, per stultitiā prædicationis seruare credētes. Verē doctrina noua, quæ nō doctrina est Platonis aut Aristotelis: sed doctrina Spiritus vocatur & est. Meritō quidem doctrina noua, spiritualis, cœlestis: quæ homines nouos facit, spirituales cœlestes. animalis enim homo non percipit quæ Dei sunt: spiritualis autem iudicat omnia. Cum igitur omnes gentes animales ex se sint, & terrestres: necesse est spirituali doctrina doceri: vt spirituales effecti, spiritualis fœlicitatis

felicitatis capaces efficiantur. ¶ At non satis
 est gentes doceri, nisi baptizentur in nomine
 Patris, Filij, Spiritus sancti. Vbi sunt multa ex-
 pendenda. Primùm, baptismum debere in aqua
 fieri. Est enim baptismus, lauatio in aqua com-
 muni, scilicet & elementari. In ea siquidem aqua
 Dominus suos discipulos lauare præcepit: in qua
 dum viueret in terra, ad se venientes baptizauerat.
 Secundò mentem tuam excita, vt videas
 priorem quidem hominis generationem ex terra
 fuisse formauit. n. Deus hominem de limo terre.
 at nunc posterior regeneratio, non ex terra elemē-
 to infimo, sed ex aqua est: elemento scilicet me-
 liore, vt regenerationis celsitudo monstratur.
 In priore, limus inspiratur naturali spiraculo vi-
 tæ. in posteriore, idem limus inspiratur superna-
 turali spiritu Christi. ¶ Et equidem merito aqua
 ad baptismum deligitur, vtpote in qua, com-
 modissimè mors & sepultura Domini celebra-
 tur. Demersus enim homo in fontem baptismi,
 velut mortuus, Christo consepelitur. inde verò
 rursus eductus, velut in nouam vitam resurgere
 monstratur. ita nos Paulus edocuit. ¶ Item. si-
 cut piscis tunc viuere, & feliciter viuere vide-
 tur: cum in aquis natat submersus: tunc verò mo-
 ri, cum ab aquis comedendus abducitur. Ita pla-
 nè, dum homines in mari seculi submersi nata-
 bant, viuere videbantur: verè tamen mortui,
 dum abducuntur ab aqua mori videntur: verè
 tamè victuri, à Christo scilicet comestis, & in Chri-
 stum incorporati. Vt & Christus piscem assum
 comedens demonstrauit. ¶ Et equidem pul-
 cherrimè baptismus in aqua fieri præcipitur: vt
 figuris quæ de hac re præcesserant respondeat.
 Sanè Spiritus sanctus olim aquis iucubans, (in
 modum gallinæ,) aquas ex tunc fouebat: vt nunc
 nos, velut pullos excluderet. Item factum est fir-
 mamentum inter aquas, quæ sub cælo, & quæ su-
 per cælum sunt. Vbi ego video aquas supra cæ-
 lum, esse gloriæ beatitudinem: vbi nos sicut pisces
 in nostro mari felicissimè natabimus. aquas ve-
 rò infra cælum video esse aquas baptismi: inter
 quas, & aquas gloriæ solùm corporis nostri ma-
 ceria (vt firmamentum) interstat. Baptizatus
 enim ritè, si corpore spoliatur, ex aquis baptismi,
 ad aquas euolat gloriæ. Item aquæ diluuij extin-
 xerunt libidinem prioris seculi: nouumque se-
 culum sanctum, purumque reddiderunt. an non
 innocentius aquæ baptismales, & impurum secu-
 lum extinguunt, & nouum ac sanctum restitunt?
 Item aquæ maris rubri Pharaonem destruxerunt,
 Israëlè seruauerunt. An non sublimius aquæ ba-
 ptismi Christi sanguine rubræ, diabolium in Pha-
 raone signatum destrunt, & Christianitatem in
 Israëlè signatam, in terrâ promissionis inducunt?
 Item, per aquas Iordanis populus transit Israël-
 iticus, vt terrâ promissam accipiat. per aquam
 igitur baptismi populus transeat Christianus, vt
 terram viuentiū possideat. De petra percussa lar-
 gissimè manarunt aquæ: è quibus Israëlites bibe-

rent, ne siti exarescerent: de Christi latere per-
 cusso sanguis manat & aqua, Sanguis Eucharistiæ,
 Aqua baptismum designant. ex hac aqua bibat,
 qui viuere, non verò siti exarescere cupit. In aquis
 Iordanis caro Naamanis prius leprosa, vt caro
 pueri postea restituitur. in aquis baptismi, lepra
 peccatorum deposita, paruuli reddimur, quorū
 est regnum cælorum. Tempus deficeret si om-
 nes baptismi figuras persequi vellem. ¶ Porro
 non est negligenter illud verbum attendendum,
 Eos: baptizantes inquit, eos. Quo indicatum est,
 neminem se baptizare posse. Debet enim bap-
 tizantis & baptizati esse diuersitas. Secundò indi-
 catum est: neque puerum in vtero matris clau-
 sum baptizari posse. ratio verò est in promptu.
 Dominus enim iubet baptizari, seu lauari saluan-
 dos. at si vterum matris laues, matrem profectò,
 non puerum lauari notum est. Tertio monstra-
 tur, neq; absentem posse baptizari. quis enim la-
 uet absentem? Quarto patet neque mutum, qui
 formam dicere nequit, neque mancum, qui la-
 uare non potest, posse baptizare. ¶ Multo verò
 grandioris doctrinæ est, quod Dñs inquit: ba-
 ptizantes in nomine Patris, F. S. S. In quibus verbis
 id mihi primùm adnotandum occurrit: Quàm
 sit integer Christus, quàm sibi nihil arroget. Po-
 terat ille profectò, baptismum in suo nomine
 tantum fieri, præcipere. Eius præcepti magnam
 causam habuisset. Siquidem, nostra per baptismū
 iustificatio, eius erat sanguine, Cruce, morte, &
 sepultura comparata. Sed suam gloriam solidè
 Patri etiam vendicauit, & Spiritui sancto. Ho-
 mines, in fama, honore, gloria: consortis sunt im-
 patientissimi. at humilis Christus solidam sibi so-
 li gloriam vendicare non voluit. ¶ Iam & illud
 baptizatis & baptizantibus significare Dominus
 voluit: tantam esse iustificationem, quæ in bap-
 tismo dignè suscipienti confertur: vt non nisi à to-
 ta Trinitate cõferri videatur. Memor sum, quod
 olim de Deo lucè faciente dicebatur. Dixit Deus
 fiat lux. Et item, fiat firmamentum. Dixit Deus
 congregentur aquæ. Dixit Deus, germinet terra
 herbam & ita de similibus. At cum ad hominem
 ventum est, ita scribitur: Faciamus hominem.
 Summa enim in naturalibus res est homo. ideò
 non nisi summo consilio, potentia, & bonitate:
 & non ab vno, vt cunque, sed à pluribus attentis-
 simè sit efficiendus. At cum altioris sit ordinis
 gratia, quam tota natura: multo maiore atten-
 tione iustus hō q̄ hō, regenerandus erit. Cõcur-
 rat igitur tota Trinitas: non confusim: sed expres-
 se, & verbotim significata, Vt omnes intelligant
 quid baptismus operetur. Ideo Christus ait: ba-
 ptizate in nomine, non Patris tantum, non filij
 tantum, sed Patris, Filij, Spiritus sancti.
 ¶ Et id etiam Dominus cautum esse voluit, vt
 initio Christianæ religionis, qui Christiani es-
 se decernerent, id quod in ea religione diffi-
 cillimum est, in ipso limine profiterentur. Ne
 si primùm facilia, mox istud difficillimum cre-
 dere

Ioan 3.4

Genes. 2

Roma. 6

Lucæ 24.

Genes. 1

Eodem.

Genes. 8

Exodi. 14

Iosuz. 3.4

Numer 20

4. Reg. 5.

Math. 19.

Genes. 1.

Genes. 2.

dere cogereatur, se deceptos fuisse quererentur. Procul igitur à Christianismo omnis est fucus, omnis simulatio. Candida sunt omnia, lucida sunt. Nemo conqueri de Christo aut debet, aut potest.

¶ Demum & id Dominus docere decreuit: Non posse quidquã de Personis diuinis aut grandius aut præclarior, aut sublimior, dici: quã Pater, Filius, Spiritus sanctus. Quodq; hi tres vnum sint. Quæ enim maior Patris laus esse potest, quã quæ tam fuerit potens, vt parem per omnia sibi filiũ genuerit: quæ contra maior Filij laus esse aut credi potest, quã quod verè Deus sit, Deo generanti æqualis. Quæ verò maior panegyris esse poterat Spiritus sancti, quã quod sit sanctitas ipsa? Præcorte annitere, contēde, an maiora præconia de diuinis personis possis comminisci? ¶ Iam quod Christus in eodẽ catalogo, Patri adiunxit Filiũ & S. S. satis apertè monstrauit, vnam tribus esse maiestatem: vnam trium esse fidei professionem: vnam à baptizatis requiri Trium adorationem. Rursum Christus dicēs Patrem, Filium, Spiritũ: quibus rebus constituantur, compleantur, & distinguantur ineffabiles illæ personæ, altissimè demonstrauit. Neque enim alia, aut re, aut ratione Pater constituitur, & completur, quam Paternitate: aut Filius, quam Filiatione: aut Spiritus, quã Spiritatione. Quib⁹ illi relationibus, vt in suo esse constituuntur: ita & eisdem, nõ alia quauis re, distinguuntur, iuxta illud Concilij Toletani. In diuinis omnia sunt vnũ, nisi vbi obuiat relationis oppositio. At dũ hæc scrutamur obruimur. Dictũ siquidẽ est. Scrutator maiestatis opprimetur à gloria. Hactenus igitur de rebus: de nomine verò vnũ illud occurrit. Si Pater, Filius, Spiritus, vnũ habent nomen, (dicitur enim in forma baptismi. In nomine, non in nominibus, Patris F. S.) igitur vnam habent & rem. nomina siquidem res ipsas indicant. Dices: esse nomen æquiuocum potest. ego tibi respondeo: artifices scientiarum omnem fugere æquiuocationem: maximè verò Christus eam fugisse debuerat. ne in re tanta, occasionem errandi obtulisse videretur.

CAPVT. XIII.

Dominus suum suis fauorem perpetuò pollicetur.

Etego inquit, vobiscũ sum, vsq; ad cõsumationẽ seculi. Non sicut cum Lucifero fuerat in cælo: neq; sicut cum Adam in paradiso: neque sicut cum Mose in Synagoga. cum his non fuit vsque in finem seculi. fuit cum illis quidem. sed nõ vsque in finem perseuerauit. at sicut humanitatem, quam semel assumpsit, nunquam dimittet: ita & Christianitatem. Ea enim ratione Messias noster Immanuel, id est, nobiscum Deus vocari voluit. vt quãdiu duraret ipse, eius etiã duraret nomen, deraret item & nominis veritas. ¶ At qui taceri nullatenus debet, quod cum illud **E G O**, sit nomen significans Christum, (nõ so-

lum vt Deum, sed etiam vt hominẽ: Christus. n. non Deus solũ, sed Deus est & homo:) fit necessariò vt in rigore veritatis, Christus nobiscum sit perpetuò: non vt Deus solam, sed vt homo. Aliòqui non se, sed Patrem suum nobiscum futurum polliceretur. At verò Christus (vt Deus & homo) in Eucharistia solum esse nobiscum potest. igitur Christus perpetuò nobiscum in Eucharistia conclusus versabitur. Vbi ergo sunt mendaces heretici, qui Christum in Eucharistia esse negant? Profectò si in Eucharistia non est: nobiscũ vt Deus & hõ nõ est. Mèdacè igitur isti pestilentissimi Christũ faciunt, quia ea ratione se nobiscũ futurum pollicebatur, qua nos eum in Eucharistia esse confitemur. ¶ Sed progredior: Ego vobiscum sum perpetuò. arbitror ego quidẽ nihil potuisse Christianismo accommodatius promitti. Infinita siquidem bona promissio illa continet. infinitorumque bonorum radix est & origo fontalis. ¶ Sanè Christus ad peccata destruẽda venit. Quid iam efficacius peccata nostra destruat, quam eius perpetua nobiscum præsentia? Quæ enim vxor coram oculis viri adulterium committere audeat? Quæ igitur anima Christo præsentem, Christi sanguine pulchra, adulterium cum fœdissimo dæmone, vel cogitare non erubescat? ¶ Iam, Christus ad iustitiam nobis suam præstandam in mundum aduenit. Siquis igitur est iustitię Christi ardens amator: en fons domui David patet. Omnes sitientes venite ad aquas. Omnes cæci accedite ad lumen, & illuminamini. Omnes infirmi ad salutẽ, debiles ad robur, mortui ad vitam venite, & desiderij compotes efficiemini. Est enim nobiscum Christus. ¶ Rursum Christus in mundum venit: vt dulcius & ardentius à nobis amaretur, cum quibus suas esse delicias olim professus est. at quid potuit ad nostrum excitandum amorem efficacius excogitari, quã quod perpetuò sit ille nobiscum? ¶ Quod si mala nos præsentia premunt: quid robustius ad ea viriliter toleranda promitti potuit, quam ego vobiscum sum. Dictum enim erat, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Et rursum: pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Confortamini tyranni, accingimini dæmones, inite consilium sapientes, loquimini verbum heretici. nihil horum succedet, quia nobiscũ Deus. ¶ Quod si futura nos bona pelliciunt: Quod tandem pignus ea adipiscendi nobis exhiberi poterat, quã quod adsit non Raphaël Tobie, sed Dominus ipse nobiscum: qui verè viam in cælum scit, & cœlestia solus dona possit elargiri? ¶ Rursum ex his verbis authoritas Cõcilij nunquam erratura colligitur. Quomodo enim illa errabit Ecclesia, cum qua Christus est: cui Christus præsidet: in qua concilij decreta ipse deffinit? Quid ego per riuulos distineor, & non ad ipsum Euangelij fontem accedo? Equidem præceperat Christus Apostolis, & Pontificibus post eos successuris: vt docerent gentes, baptizarent, gubernerent.

Prouer. 25

Roma. 6

Galat. 2.

Zacha. 13

Isaia. 55.

Psal. 33

Isaia. 7.

Prouer. 8

Psal. 30

Psal. 22.

Iob. 17.

Isaia. 8.

Tobia. 3

Isaia. 7.

Scilicet in
Concil. cō
gregatis.

narent. Ad hæc igitur tria præstanda Christus suam præsentiam pollicetur. Nunquam ergo in doctrina, ritibus, gubernatione, à Pontificibus errabitur. Aliòqui si errandū erat in istis, sine Christi præsentia errari poterat. Ergo si Christus no-

biscum est, intelligamus nostram Ecclesiam cælum esse. Cælum enim, Deo sedes est. quæ igitur in cælo, Dei præsentia præstat: hoc nobis Christum præstiturum intelligamus, si nos nobis non deesse velimus. Isaiz. vi.

PERORATIO.

Gratias igitur tuæ sacerrimæ clementiæ Rex Christe benignissime, totis visceribus ago: quòd has nostras curas, labores, & sudores ad optatum finem venire tribuisti. Precor tuam Rex infinite clementiam: primùm quidem, vt iucundum tibi sit hoc eloquium meum. mox vt hunc librum legentibus, non nihil fructus in tui nominis gloriam decerpere concedas: quos precor obnixius: vt si quid suis auribus indignum offenderint, humanæ fragilitati veniam piè largiantur.

CONIMBRICÆ.

Excudebat Ioannes Barrerius

Typographus Regius.

Anno 1564.

Dob. Paul. de palacio

